
Gi
26
80

DE

CODICIS ISOCRATEI URBINATIS (Γ) AUCTORITATE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE UNIVERSITATIS HEIDELBERGENSIS

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

RUDOLFUS BOCK
BRUNSVICENSIS.

BRUNSVIGAE,
TYPIS M. BRUHNII.
MDCCCLXXXIII.

1884. Oct 28

Gift of

Baron C. R. v. Osten Sacken

Heidelberg

Germany

Liceat mihi praefandi opportunitate uti ad quaedam notanda quibus Atticae Sirenis elocutionem paucis lineamentis adumbrare mihi proposui. Neque enim dicam de eis quae Isocrates ad pristinum splendorem patriae reddendum excogitavit, quoniam nemo est qui nesciat eius consilia atque spes somniis similia fuisse. Ut enim saepe de optima civitatis forma praeclare disseruerit et eximia beate vivendi praecepta dederit, tamen ad civitatis statum emendandum nihil profecit, quod a vita publica ipse alienus [1]) aequalium atque imprimis Philippi studia intra privatos parietes non perspexerat. Causas vero quibus genus orationum politicum sibi elegerit, positas esse constat in eius patriae amore et gloriae cupiditate. Sed haec in eo maior illo erat. Saepissime enim civem patriae amantem excipit sophista, qui, ut exemplum afferam, in orationis V par. 93, postquam de expeditione in barbaros suscipienda diserte disseruit, subito generis sui scribendi mentionem facit. Quod non in mentem ei venisset, nisi magis ad gloriam suam quam ad patriae salutem spectavisset. Eamque gloriam artificiosa elocutione sibi acquirere studebat. Sequitur eius orationes suasorias factas esse demonstrativas, quibus auditores vel lectores magis delectarentur quam permoverentur. Neque mirum quoniam Isocrates

---

1) cf. XV, 151: τὴν μὲν ἡσυχίαν καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην ἀγαπῶν. XII, 10: ἐνδεὴς ἀμφοτέρων ἐγενόμην τῶν μεγίστην δύναμιν ἐχόντων παρ' ἡμῖν, φωνῆς θ' ἱκανῆς καὶ τόλμης.

Gehlert, de elocutione Isocr., Lips. 1874, pag. 10: Nihilo autem setius de demonstrativo dicendi genere egregie eo meruit, quod ad civilem eloquentiam excolendam juvenum animos adducere studuit et ludo illo quem aperuit dicendi et suis ipsius quas composuit orationibus.

Gorgiae fuit discipulus. Aeque atque ille summum existimavit verborum elegantia, orationis ornamentis auditorum plausus excitare.

Eo autem inter illos, qui de conformanda dicendi arte bene meruerunt, summo loco nitet, quod cum eos, qui ante eum artem oratoriam excoluerant, „moderatione vicit"[1]), tum ipse leges dicendi invenit, quibus artem illam ad summam perfectionem adduxit. A Gorgia enim figuras illas quas Graeci vocabant παρομοιώσεις, παρισώσεις, ἀντιθέσεις, a Thrasymacho numerum quendam orationis acceperat. Sed in illis conformandis et verbis transferendis multo quam Gorgias ut erat „tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior". Primus autem, ne dicam de eius eximia facultate verba bene eligendi atque collocandi, hiatum evitavit et periodis orationis orbem quendam effecit. Ut vero Gorgias figuris, Thrasymachus numeris insolentius abusus erat, sic Isocrates dum periodos ubique eo impetrare studet, ut nullum membrum poneretur nisi alteri cuidam nec multo maiori nec multo minori responderet, saepissime in hoc studio modum excessit. Ut enim sententias oppositas conformaret, crebro unum idemque semel atque iterum pronuntiavit, additamenta haud necessaria inseruit[2]), sententias non satis perspicue expressit[3]), interdum frigidis antithetis amarae orationis vim infregit[4]). In affectibus enim mollior et effeminatior est et in forensibus etiam orationibus διὰ παντὸς τῇ λειότητι δουλεύει; semper sive consulit sive laudat sive enarrat sive vituperat sui similis est.

Sed vitiis illis omissis facere non possumus, quin Isocratis elocutionem ipsam fundamentum artis oratoriae habeamus. Nam ex eius disciplina et scriptis et oratores et historicos

1) cf. Cic. orat. 176.

2) Quod Dionysius quoque Halic. „stultus Isocratis admirator" intellexit et demonstravit talia additamenta efficere, ut prorsus inepta compositio et periodi affectatae videantur. cf. de adm. vi dic. in Dem. IV; ed. Reiske, Lips. a. 1775, tom. VI pag. 963.

3) cf. Pfund, de Is. vita et scriptis, Berol. 1833, pag. 4: Quamquam non sum nescius sententiam apud Is. interdum famulari verbis.

4) cf. Dion. de adm. vi dic. in Dem. XX, tom. VI p. 1013. — De compos. verb. IX p. 51: οὐ πανταχῇ τὸ ἐμπερίοδον χρήσιμον.

praecepta eleganter dicendi hausisse nemo nescit. Quod ad demonstrandum nonnulla commonere mihi liceat. Non solum Theopompus, qui ex Isocratis ludo prodiit, omnem orationis colorem ab eo sumpsit [1]), sed etiam Demosthenis elocutio ab Isocratis exemplo pendet. Periodos atque numeros ab eo accepit [2]) et hiatus evitandi rationem [3]). Plato in posterioris temporis scriptis prorsus fere hiatu abstinuit [4]) neque minus Xenophon in iis scriptis quae ad verae orationis exemplar conformavit [5]). Accedit quod Romanorum quoque ars dicendi, quae ut ita dicam Athenis inventa est, haud minima ex parte Isocrati debetur, quod Cicero in oratore ubi de orationis periodis et numeris disserit aperte profitetur.

Propterea vero de Isocratis elocutione haec praemisi, quod haec investigatio cum ea materia, quam in hac dissertatione tractare conabor, artissime cohaeret. Quia enim haud raro opus erit diiudicare, lectionum diversarum quae praeferenda sit aut, si nulla genuina esse videtur, quomodo locus sanari posse videatur, per totam dissertationem de Isocratis usu dicendi uberius disquiram.

„Quod vero in eius orationibus coniecturis rarissime opus est codicis Urbinatis (Γ) praestantiae deberi notissimum est“ [6]). Huius codicis auctoritas num re vera tanta sit, non supervacaneum mihi videtur inquirere, quia multi fidem ei ut interpolato denegaverunt [7]). Ut vero nullus eorum qui nunc exstant codicum mendis prorsus caret, Urbinas quoque propriis suis vitiis adspersus est.

Mendorum autem duo sunt genera, quod aut scribarum mero errore aut interpolationibus, interpretamentis, addita-

1) cf. Benseler, de hiatu in scriptoribus Graecis. Frib. 1841, pag. 197.

2) cf. Blass, attische Beredsamkeit II, 154.

3) cf. Bens. de hiatu, pag. 61. — Blass II, 427; III, 1. Abth., 97.

4) cf. Blass II, 426.

5) cf. Blass II, 3.

6) cf. H. Sauppe, symbolae ad emendandos oratores Atticos, in ind. scholarum acad. G. A., Gottingae 1873.

7) cf. Baiter, Is. Panegyricus, Lips. 1831, praef. pag. V.

mentis nascuntur. Illis codicem Γ haud esse immunem ex Benseleri verbis intellegitur, qui praecipue duo genera vitiorum observavit [1]): „Alterum hoc est ut a simili syllaba ad similem oculi librarii aberraverint, media omissa sint; alterum ut locum vocabuli alicuius occupaverit aliud, quod, cum paullo ante positum esset, memoriae librarii male inhaereret". A correctoribus vero codicem permultum tractatum esse apparet ex Bekkeri adnotatione editionis Berolin. paginae tertiae subiecta: „ . . . margine a pluribus corrigentium variasque lectiones apponentium (manibus) oppleta. Neque iis se finibus continuit correctorum temeritas, sed textum quoque adorta effecit, ut multis locis, quid ab initio scriptum fuerit, dignosci non possit". Martinus Francogallus, qui codicis historiam et descriptionem diligentissimam nuper edidit [2]), docet in Panegyricum non minus sex correctorum adnotationes et correctiones illatas esse. Eorum manus designat: 1^a, 1^b, 2, 3, 4 mr. Primae manus lectionem numero 1 indicat. Pro fundamento autem disquisitionum mearum Bekkeri editionem habui, sed ita ut aliorum atque Γ codicum et recentiorum scriptorum lectiones variantes a Blassio collatas [3]) nunquam neglegerem. Qui eas etiam Urbinatis lectiones, quas Bk. postea edidit [4]), in praefatione adnotavit.

Caput I.

Iam ut propius ad rem ipsam accedam, primum de eorum mendorum genere dicam, quae librariorum errore at-

1) cf. Areopagiticus, Lips. 1832, pag. 166.

2) Le manuscrit d'Isocrate Urbinas CXI de la Vaticane. Description et histoire — Recension du Panégyrique par M. Albert Martin. Paris 1881. (Fasc. XXIV; bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome). — cf. pag. 12.

3) cf. praef. ad Benseleri Is. editionem a Blassio recogn., Lips. 1878.

4) cf. Monatsber. d. preuss. Acad. d. Wiss. zu Berl., 1861.

que socordia orta esse videntur. Errores autem ut appareat quomodo nasci et in verborum conexum soleant irrepere, eos quos in orationibus I, II, III, IV, VII, VIII inveni, per capita seiuncta iam enumerabo. Neque enim eorum origine ac natura non demonstrata utrum re vera tantum errores sint necne dignosci potest. Ac primum quidem eos locos colligam ubi

I. Verbi cuiusdam loco aliud legitur, quod errore, non voluntate scribarum substitutum esse manifestum videtur, cum

1. verbum par aut simillimum antecedat aut paullo post sequatur.

Sic I, 19 χρημάτων positum est pro κτημάτων, quod χρημάτων antecedit, III, 45 πλεῖστα pro μάλιστα propter πλείστους, quod statim antecedit. Blassius praef. I, pag. VI et VII haec collegit: I, 13 ὅρκοις ἐμμένειν pro νόμοις ἐμμένειν propter ὅρκοις ἐμμένων quod praecedit, III, 57 διδάσκετ' pro ἐθίζετ' propter διδάσκετε, 58 δικαιότατον pro βεβαιότατον pr. δίκαιοι, IV, 81 τὴν αὐτῶν πόλιν pro τὴν Ἑλλάδα pr. τὰς αὐτῶν πόλεις, VII, 20 ὀνομαστοτάτῳ pro κοινοτάτῳ propter ὀνόματι, VII, 16 κινδύνων pro κακῶν pr. κινδύνων, VIII, 4 τοῖς τοιούτοις pro τούτοις propter τοῖς τοιούτοις [1]).

Adde VII, 43 ἐπιθυμίαις pro ἐπιμελείαις pr. ἐπιθυμιῶν Similiter IV, 103 εὐδαιμονίας legimus pro ἡγεμονίας, quod εὐδαιμονίαν sequitur (cf. Bl. praef. I, VI), III, 2 μεθ' ὧν pro δι' ὧν propter μετ' ἀρετῆς (cf. Bl. ibid.) III, 58 πιστεύοντας pro πιστεύσοντας pr. πιστεύοντας. Quod vero VIII, 28 φερομένας pro φερούσας (cf. V, 65 ἅπαντα τὰ φέροντα πρὸς τὴν δύναμιν ταύτην) substituit librarius, formam quae sequitur in easdem litteras exeuntem δυναμένας id mendum effecisse credo.

---

1) cf. Fuhr, der Text des Is. bei Dionysius (Rhein. Mus. 33) pag. 338: τούτοις πιστεύοντες v. F¹, eine Lesart, die von Bk. mit Recht aufgenommen ist, weil unmittelbar vorangeht τῶν προσιεμένων κ. χαιρόντων τοῖς τοιούτοις. Es ist also in Γ einerseits und in (MPABF²) andrerseits dasselbe Versehen begangen; Dittographieen sind gerade in Γ nicht selten.

Non paucis vero locis non excidisse videmus vocabulum genuinum sed suum locum cum alterius commutasse. Agitur

2. de collocatione verborum.

Atque codex Γ utrum genuinam exhibeat necne interdum facile cognosci potest (ut IV, 4 vulg. collocatio μηδὲν πώποτε neque Urbinatis πώποτε μηδὲν recipienda est), saepius vero Isocratis usum dicendi accurate indagemus oportet, priusquam alterutram lectionem recipiamus. Accurate vero nobis esse disquirendum exemplum quod iam afferam demonstrat. „Ad aequabilitatem membrorum animum debet attendere, qui Isocratis verba est restituturus“ ait Benselerus [1]). Quod recte esse adnotatum nemo non concedit; attamen cum eo V, 53 Urbinatis scripturam καλλίστην γὰρ μάχην νικήσαντες καὶ δόξαν ἐξ αὐτῆς μεγίστην λαβόντες repudiante et μεγίστην ἐξ αὐτῆς δόξαν λαβόντες collocante non faciemus, quod Is., ut exempla affatim docent, positione quae vocatur chiastica saepissime usus est. Quam etiam II, 36 restituendam esse Fuhrius recte censet [2]): καλῶς τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς.

Positio chiastica,

ut pauca proferam exempla, simillima exstat IV, 95: καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Interdum duo verba et substantiva ab eis pendentia sic sibi respondent, ut VIII, 23: ἢν δὲ μεταβαλώμεθα τὸν τρόπον καὶ δόξαν βελτίω λάβωμεν, οὐ μόνον ἀποστήσονται τῆς ἡμετέρας ἀλλὰ καὶ τῆς αὑτῶν προσδώσουσι, 58: ἐλευθερώσαντες τὴν Πελοπόννησον καὶ τοὺς ἄλλους αὐτονόμους ποιήσαντες et al. Qua positione etsi nonnunquam uti minus intendebat Isocrates quam cogebatur hiatu evitando, ut XII, 130: καὶ συμφορωτάτης ἅπασι καὶ τοῖς χρωμένοις ἡδίστης, tamen permulti restant loci, ubi non fuga hiatus perductus hac forma usus est, non solum in conectendis

1) cf. praef. pag. III.
2) cf. Fuhr, animadv. in oratores Atticos, Bonn. 1877, pag. 49.

singulis verbis, ut I, 38: μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον, I, 7: πλούτου δὲ κρείττων χρησιμωτέρα ὁ εὐγενείας ἐστί, XXI, 4: οὐδεὶς οὔτ' ἐλεύθερος οὔτε δοῦλος παρεγένετο, ὥστε μήτ' ἐκ βασάνων μήτ' ἐκ μαρτύρων οἷόν τ' εἶναι γνῶναι, XV, 82: τοὺς λόγους . . . καὶ τοὺς νόμους . . ., καὶ τῶν μὲν νόμων . . ., τῶν δὲ λόγων . . ., sed etiam in periodi membris coniungendis. Sic in orationis quae inscribitur πρὸς Νικοκλέα par. 18 primo membro τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας non respondet tertium, sed quartum πρὸς δὲ τὰς προθυμότερον ἔχωσιν, secundo vero τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους tertium ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι.

Sed telam intermissam ut resumam, non solum usus et communis et Isocratis hiatum evitandi, sed eius consuetudo quoque, qua in certorum verborum collocatione certas leges secutus est, facultatem nobis ad positionem genuinam restituendam dat.

Quod ad demonstrandum per omnes orationes spectavi collocationem verbi ἀξιόω,

ubicunque cum altero verbo coniunctum aut „velle“ aut „postulare“ aut „dignum habere“ aut „aequum censere“ significat. Quae vero ex ea quaestione mihi patuerunt, haec sunt. In fine membri ἀξιοῦν semper infinitivum sequitur, nisi hiatus exsistit; cf. I, 21; II, 22, 38; IV, 30, 57, 62, 67, 81, 92, 123, 168; V, 124; VI, 5, 47, 49, 85, 90; XIV, 5; IX, 29; X, 36, 68; XI, 19; XII, 140, 162; XV, 23, 251, 298; XVI, 2, 37, 42; XVIII, 18, 23; XIX, 25, 30, 46, 51; XX, 20. Hiatus autem evitandus erat III, 34, 40, 49; IV, 124, 181[1]); V, 9; X, 16, 59; XII, 76, 264; XIV, 10, 19, 43; XV, 313; XVIII, 22, 38, 40; XIX, 3, 11. Originem autem huius con-

---

1) cf. Baiter ad h. l.: „ἰδίᾳ μὲν . . . δουλεύοντας] Aristot. Rhet. III, c. 9, p. 182: ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρβ. οἰκ. χρῆσθαι, κοινῇ δὲ πολλοὺς τῶν συμμάχων περιορᾶν δουλεύοντας“. Dicat quispiam ἀξιοῦν cum Aristot. esse delendum, sed Ar. Isocratis enuntiatum aut memoriter protulisse aut, quoniam tantum eius intererat exempla λέξεως ἀντικειμένης proferre, consilio verba commutasse et sententiam brevius expressisse videtur. cf. Bait. ad. IV, 35, 41, 48, 72, 105. Tres tantum locos huius orat. integros Arist. rettulit, cf. Bait. ad 89, 149, 186.

suetudinis, qua verbi ἀξιοῦν formae, nisi repelluntur hiatu, membrum claudunt, petendum esse existimo ab Isocratis studio „διώκειν τὴν εὐρυθμίαν“, ut ait Dionysius. Is. enim iam explicavi in soluta oratione modum et numerum quendam dum versum effugeret servasse[1]). Cum vero non tam in toto verborum ambitu quam in primis et maxime extremis partibus numeri tenendi sint (numeros ῥυθμούς accipi voluit Quintilianus) formae autem verbi ἀξιοῦν numerosissime fluant, Is. studebat enuntiata eis terminare. Recte igitur reiciuntur lectiones vulgatae nisi ea consuetudine commendantur, ut XIV, 5: ἠξιώθημεν τυχεῖν, X, 68: ἠξίουν ἄρχειν et al.

Duo tantum loci obstant in orat. XVIII, par. 65 et 66. Sed haec oratio quoniam non exstat nec in Γ nec in E (Ambrosiano), non dubito, praesertim cum creberrime ceteri codices vitiosam praebeant verborum collocationem, ordinem verborum commutare hic in μνημονεύειν ἀξιοῦμεν, illic in τυγχάνειν ἀξιούμενον. τυγχάνειν ἀξιούμενον aequabilitas quoque necessario requirere mihi videtur, quae est inter participia τὸν μὲν . . . γεγενημένον, ἐμὲ δ' . . . ἐκπεπτωκότα, καὶ τὸν μὲν . . . δυνάμενον, ἐμὲ δ' . . . ἀξιούμενον.

Sed hactenus tantum disserui de verbo ἀξιοῦν in fine membri infinitivo ab eo pendenti postposito; neque vero sequitur Isocratem omnino hanc consuetudinem secutum esse. Haud raro enim illius verbi formas aut in initio membri maioris gravitatis causa positas esse videmus aut medio in membro infinitivum antecedere, ne longius seiungantur ab aliis vocabulis, sive coniunctionibus sive pronominibus, quibuscum societate quadam coniunctae sunt. Sin vero in lectionum diversitate aut in lectione, quae corrupta esse videtur, haeremus, locos similes colligere oportet. Quam rationem XVII, 13 sequi mihi liceat. Hoc loco editores in verbis Μενέξενος δ' εὑρίσκει τὸν παῖδ' ἐνθάδε καὶ ἐπιλαβόμενος ἠξίου αὐτὸν βασανίζεσθαι gravissimum hiatum ἠξίου αὐτὸν reliquerunt. Facilis vero correctio, qua tollitur hiatus a

---

1) cf. Cic. Brutus, VIII, 32. — Non recte hoc loco Cic. dicit Is. primum id fieri oportere intellexisse. cf. pag. 4.

Blassio relictus [1]) sed prorsus damnandus, mihi esse videtur καὶ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν ἠξίου βασανίζεσθαι neque temeraria, quod et saepius similiter Is. pronomen ante verbum ἀξιοῦν posuit, cf. XIV, 51: ὑμᾶς ἀξιοῦμεν, VI, 13: ὑμᾶς ἀξιώσαντες, XVI, 45 ὑμᾶς δ' ἀξιῶ, XV, 56 et eorundem ac nostro loco verborum hanc complexionem ἐπεὶ δ' αὐτὸν ἠξίου Μενέξενος βασανίζειν eiusdem orationis par. 49 exhibet.

Sed unde digressi sumus ut revertamur, alium locum in Urbin. corruptum IV, 83 inveni, ubi verba καὶ σύμπασαν τὴν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν in Γ hiatu depravata sunt[2]). Sed priusquam lectionem vulgatam recipiamus τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν, Isocratis usum dicendi perscrutemur.

Ἅπας.

Is. adamavit nomina propria ut Ἑλλάς, Ἕλληνες, Πελοπόννησος cum formis adiectivi ἅπας (non adiect. πᾶς) nectere. Quod eo intellegas quod post consonantem semper sic enuntiat: πρὸς τοὺς ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, cf. IV, 86; V, 76; VII, 12; XIV, 30, 59; VIII, 140; XII, 76, τὴν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀσίας IV, 83, 178; IX, 68; II, 5; X, 41, ἐλπίσαντες ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας V, 55, γεγενημένον ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα V, 127; IX, 55; XII, 52, ἀσφαλῶς ἅπασαν τὴν Ἀσίαν IV, 166; IX, 65, (V, 100 codd. ὁ μὲν τὴν Ἀσίαν ἅπασαν. Nonne ἅπασαν τ. Ἀσίαν?). Nec vero nisi XII, 257 inveni βαρβάρους πάντων τῶν Ἑλλήνων, quae Urbinatis lectio cedat vulgatae ἁπάντων τ. Ἑλλήνων (cf. XV, 20: ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων). σύμπας pro ἅπας legimus X, 68: Πελοποννήσου δὲ συμπάσης ὁ Ταντάλου, quod ἁπάσης hiatum effecisset; postposuit vero Isocr. συμπάσης, ne intercederet hiatus inter Πελοποννήσου et ὁ Ταντάλου. Sic IV, 83 quoque hiatus inter Ἑλλάδα et ἠλ. evitatur, si ex vulg. recipimus καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν ἠλευθέρωσαν.

---

1) Bl. noluit quicquam mutare „nisi codices adessent"; cf. praef. II, XLII.

2) cf. Bl. praef. I, pag. XX: τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν v. hic Bens.: τ. Ἑ. πᾶσαν Ant. praeter E, σύμπασαν τὴν Ἑλλάδα ΓΕ Bk.

Etiamsi vocalis antecedit, a nostri scriptoris usu alienae sunt formae simplices adiectivi πᾶς cum nominibus propriis coniunctae. Aut enim elisione utitur aut substantivo priorem locum dat, aliter ac Demosthenes, in cuius orationibus abicere non debemus καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν (cf. VI, 2), τοι πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν (cf. XVIII, 99), κοινῇ πᾶσι τ. Ἑλλ. (cf. XVIII, 109), καὶ πάντων τ. ἄλλων Ἑλλήνων (cf. XVIII, 194). In Isocratis orationibus nihil eiusmodi invenitur, sed semper καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλ. ἅπασι (cf. V, 8), καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης (cf. IX, 71), καὶ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν (cf. XII, 107), καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἅπασιν (cf. ep. IX, 1), καὶ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων (cf. VII, 84), καὶ Πελοποννησίους ἅπαντας (cf. VII, 75), ὑπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης (cf. IV, 185). Sin vero ἅπας postpositum vocalium concursum faceret, adiectivum simplex excusationem habet; cf. V, 70: δὲ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ὀρθὴν οὖσαν. Quod unum tantum nisi erro exstat exemplum. Ex simili difficultate Isocrates longiore forma σύμπας se expedivit epist. II, 19: καὶ σύμπασαν τὴν Ἑλλάδα.

Elisionis autem exempla mihi praesto sunt V, 49: ὑφ' ἁπάντων Πελοποννησίων, IX, 65: μεθ' ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, V, 66: ὥσθ' ἁπάσης τῆς Ἀσίας. Necessario sequitur, ut plane absit praepositio ἐκ. Permulti vero loci inveniuntur huiusmodi: ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλ. (cf, XVI, 9, 40; VIII, 79; XII, 195), ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλ. (cf XIV, 12), ἐξ ἁπάσης τῆς Πελοποννήσου (cf. VI, 68).

Non solum vero ante nomina propria, sed omnino longiorem formam breviori Is. praetulit. Dem. dicit περὶ πάντων (cf. XVIII, 125), Is. leni hiatu admisso περὶ ἁπάντων (cf. VII, 14; XII, 138; XV, 8; XVII, 32; XXI, 16, 19), περὶ ἁπάσας (cf. XII, 143), περὶ ἁπασῶν (cf. XII, 134), πρὸ ἅπαντος τοῦ λόγου (cf. XII, 136); Dem. δὲ πάντων (cf. XVIII, 179), Is. δ' ἁπάντων (cf. XVI, 11); Dem. ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου (cf. XVIII, 203), Is. elisione usus ὥσθ' ἅπαντα τοῦτον τὸν χρόνον (cf. XVI, 26); Dem. ἐκ πάντων ἔμ' ἐχειροτόνησεν (cf. XVIII, 248), Is. ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος (cf. IX, 52; XXI, 10); ἐξ ἁπάντων VI, 76; VII, 22; XII, 25; XV, 201, 224; XVI, 31; ep. IX, 17, ἐξ ἁπασῶν XII, 81; XV, 269; ep. VI, 5. Adde

elisionis haec exempla: καθ' ἁπάντων X, 1; XII, 55; XV, 107, ὥσθ' ἅπασι XV, 293; XVIII, 28, ὥσθ' ἁπάντων XVIII, 7.

Sed dicendum est ea lege, qua ante nomina pr. consonantem semper sequatur plenior forma ἅπας, non ubique teneri Isocratis orationem atque locos ei non convenientes mutare summae audaciae esse, nisi satis exemplorum habeamus, quae emendationem probabilem reddant. Nolo igitur, quamvis vulg. XII, 198 γὰρ ἅπαντες, 211 ἃς ἁπάσας tradiderint, codicis Γ πάντες et ἃς πάσας removeri, praesertim cum aliis eiusmodi locis, ut XVI, 28 ὃν πάντες et XV, 86 τὸν πάντας codicum discrepantia non adsit. Interdum etiam Isocratis consuetudini consentaneam esse brevem formam consonantem sequentem multi similes loci demonstrant. Sic XVIII, 63 ὃς πάντων ἂν εἴην δυστυχέστατος (non ἁπάντων) genuina esse apparet ex Isocratis consuetudine, qua ante superlativum plerumque nisi semper hac forma utitur (cf. XV, 56: ἂν πάντων εἴην καταγελαστότατος). Sed neminem esse credo quin mihi concedat XII, 257 cum vulg. esse legendum ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. Simili atque egomet supra habui quaestione commotus XII, 40 Fuhrius pro eo quod est in codd. πάντα τὸν χρόνον scripsit ἅπαντα τὸν χρόνον neque dissentio[1]). ἅπαντα τὸν χρόνον consonante antecedente invenitur tricies semel, πάντα τὸν χρόνον nullo alio loco, sed saepissime post vocales; Fuhrius l. l. duodecim locos contulit. τὸν ἅπαντα χρόνον ter, τὸν πάντα χρόνον nusquam legitur. Eodem modo sanavit XVIII, 58 τὰς μὲν ἄλλας πάσας λειτουργίας et emendationem ἁπάσας λειτουργίας permultis exemplis confirmavit[2]).

Verum haec missa facio; restat ut dicam de maiore Urbinatis errore — nam omnes quas attuli illius codicis vitiosas verborum collocationes ex errore neque consilio profectas esse mihi persuasum est —, quo totius enuntiati sensus corruptus est, de VIII, 36. Hunc locum verborum πρόχειρον et προσῆκον commutatione deturpatum Kayserus

---

1) cf. l. l. pag. 330.
2) cf. pag. 329.

metathesi — „eius palmaria coniectura“, cf. Bl. praef. I, pag. VIII (et XLII) — emendavit. I, 41 quoque in Γ errore verba νόμιζε . . . περίλυπος post διανοίας collocata esse ex eo intellegas, quod eo loco illa verba sensu omnino carent. Sed IV, 130 ut Urbinatis lectionem τοιαῦτα λέγοντας . . . λοιδοροῦντας repudiemus, cf. Bl. praef. I, pag. XXII, non video quid necessario requirat.

Sed haec hactenus de collocatione verborum. Saepissime

3. verbi cuiusdam locum aliud simile aut alia eiusdem forma similis occupavit.

Similitudo autem non satis comprobat librarium tantum erravisse, nisi accedit quod verbum substitutum sensum deteriorem facit vel corrumpit. Praeterea semper videndum est, num genuinum verbum eiusmodi fuerit, ut in dubitationem vocari potuerit. Attamen plerumque difficile est diiudicare neque semper error tam dilucide apparet quam VI, 63, ubi Γ θυσίαις praebet pro οὐσίαις, quod non magis aptum est quam IX, 5 Ἑλλήνων pro ἄλλων. Haec vero commutatio nobis potestatem facit colligere XI, 35 quoque errore, etiamsi non tam quam illic manifestus est, neque voluntate Urbinatis librarium τοῖς Ἕλλησιν pro τοῖς ἄλλοις scripsisse[1]). Omnino certi erroris exempla demonstrant similibus locis lectionum discrepantium alteram errore ortam esse. Quae mihi ponderanti in orationibus quas tractavi hae lectiones omnes errore — de interpolationibus postea dicam — deturpatae esse videntur:

---

1) cf. Martin pag. 26: „On a déjà remarqué, dans le texte d'Isocrate, la confusion perpétuelle entre les expressions: οἱ ἄλλοι, οἱ ἕλληνες, οἱ ἄλληλοι. Cf. S. A. Naber, Mnemosyne, N. S. VII, pag. 51 et suiv. Il faut aussi signaler l'introduction fréquente, dans le texte, de l'expression οἱ ἄλλοι; nous voyons le fait se produire aux passages 42, 27; 44, 18 (numeri indicant paginas et lineas edit. Blass.)“. — Adde ep. VIII, 10; Bl. praef. II, pag. LV: „Circumscripsi autem τῶν ἄλλων, coll. ep. IV, 13“.

a. litteris commutatis.

I, 2 ἡμᾶς pro ὑμᾶς
11 τινόμενον pro γινόμενον (cf. Mart. pag. 25: Nous avons des exemples de la confusion de τ et de γ; ainsi: τὴν pour γῆν 45, 32; μετα pour μέγα 62, 11).
III, 60 ἀξιοῦσθαι pro ἐξισοῦσθαι
IV, 21 τὴν pro γῆν (corr. αὐτὴν cf. Mart. pag. 14)
VII, 22 πληροῦντας pro κληροῦντας
30 ποιεῖν pro κινεῖν
IV, 62 κατεστήσαντο pro κατεκτήσαντο
VII, 66 ἀπολομένους pro ἀποδομένους
82 ἐμβάλλοντας pro εἰσβάλλοντας
3 καταστήσειν pro κατασχήσειν
71 ἡμᾶς pro ὑμᾶς
VIII, 69 ὑμῖν pro ἡμῖν
95 εἶδεν pro οἶδεν
100 διῴκησαν pro διῴκισαν
IV, 176 ἑταίρους pro ἑτέρους
VIII, 4 ἃ pro ὃ
122 ἃ pro ὃ
52 οὓς pro οἷς
IV, 48 τούτων pro τούτῳ (cf. Mart. pag. 16: le ν a été gratté)
VIII, 44 τούτοις pro τοῦτον
136 τοῦ μηδὲν pro τῷ μηδὲν
116 τὰ πόλη pro τὼ πόλη
III, 56 ἔθεσι pro ἤθεσι
VIII, 65 ὑμᾶς pro ὑμῶν
III, 61 τοῖς ἄλλοις pro τοὺς ἄλλους
33 πανταχῇ pro πανταχοῦ
I, 51 χρωμένοις pro χρώμενόν σ' (coni. Bl.)
IV, 33 ὁμολογουμένους pro ὁμολογουμένως
175 ἠναγκασμένοι pro ἠναγκασμέναι
183 πολλαχοῦ pro πολλαχῇ
VII, 48 τοσοῦτον pro τοσούτου
60 λογονεχόντων pro λογονεχόντως (cf. IV, 33)

VIII, 11 δυνηθῶσιν pro δυνηθεῖεν
95 διέφθειραν pro διέφθειρεν
108 ἠνάγκαζεν pro ἠνάγκασεν

VII, 18 τοιαύτης pro τοσαύτης. Quamquam enim recentiores editores omnes Urb. lectionem retinuerunt, Bekkerum, qui vulg. τοσαύτης ἐπιδόσεως γιγνομένης recepit, sequendum esse putavi, quod omnes similes loci me docuerunt Isocratem semper ut ita dicam quantitatem neque qualitatem respexisse; cf. VIII, 127: τοσαύτην ἐπίδοσιν, VIII, 140: πόσην ἐπίδοσιν, X, 68: τοσαύτην ἐπίδοσιν, IV, 10: μεγίστην ἐπίδοσιν, IX, 48: τηλικαύτας ἐπιδόσεις. τοιαύτης ἐπιδόσεως aut simile non invenitur. In universum enim Is. pronominis τοσοῦτος formas alterius τοιοῦτος praetulisse videtur. Has, ut exemplum afferam, nunquam ad substantivum μεταβολή, illas saepissime addidit; cf. τοσαύτης μεταβολῆς X, 68, VI, 43, XIX, 22; τοσαύτην μεταβολήν IV, 60, V, 47, 66, VI, 1; τοσαύτας μεταβολάς VI, 48.

Ut litterae, spiritus quoque qui dicuntur et accentus in Γ commutati sunt; cf. IV, 44 ἀθροισθέντων pro ἀθροισθ., IV, 149 λεῖαν pro λείαν, III, 47 διαμένουσιν pro διαμενοῦσιν, II, 14 αὐτοῦ pro αὑτοῦ; hoc saepius factum est, cf. IV, 17 αὐταῖς pro αὑταῖς, Bk. recepit αὐταῖς; IV, 44 αὐτῶν ante εὐτυχίας pro αὑτῶν, ubi Bk. αὐτῶν scripsit, sed Urb. lectionem non adnotavit, cf. Mart. pag. 15; IV, 85 αὐτῶν ἀρετας pro αὑτῶν εὐψυχίας, cf. Mart. pag. 17, Bk.: τὰς αὑτῶν ἀρετάς; IV, 110 τ. αὐτῶν πολίτας pro τ. αὑτῶν πολ., Bk. adn. „αυτῶν Γ", cf. Mart. pag. 19; IV, 125 αὐτοῦ pro αὑτοῦ, cf. Mart. pag. 19. De huiusmodi erroribus levioribus a Bk. non satis diligenter adnotatis in huius capitis fine nonnulla adiciam.

b. litteris immissis.

I, 24 ἐὰν pro ἂν
II, 35 μετατίθει pro μέτιθι
IV, 157 τελευτῇ pro τελετῇ (sed a. corr. in Γ τελετῇ, cf. Mart. pag. 21: τελευτῇ 1, τελετῇ 2)

IV, 164 προσέμενοι pro προέμενοι (cf. Mart. pag. 21: le σ a été gratté)

165 προσεξαμαρτάνοντες pro προεξαμ.

122 ανάξιον pro ἄξιον; unde proveniunt correctoris in Γ (cf. Mart. pag. 19: ανάξιον 1, ἀν ἄξιον 1[a]) et codicis Ambrosiani scripturae ἀν ἄξιον. Recte igitur Bens. quod in edit. Engelm. scripsit ὢν ἂν ἄξιον postea removit.

VII, 42 ἀξιοῦν pro ἄξιον

51 δικαίων pro δικῶν

III, 30 τὸν pro τὸ ante καθ' αὑτὰς

48 ἐλλείπητε pro ἐλλίπητε

55 πραοτέρους pro πράους

VIII, 50 ῥᾴδιον pro ῥᾷον; cf. Fuhr. l. l. pag 335 ad h. l.: ῥᾷον v. D. richtig, ῥᾶιον und ῥάιδιον sind sehr häufig verschrieben, ebenso in Γ 5, 115: viele Beispiele sammelt Strange a. O. (Archiv III) 563, zu denen ich hinzufüge [Dem.] Br. 3, 30. Dem. 14, 23. 22, 67.

c litteris omissis.

VIII, 5 πᾶσι pro ἅπασι (coni. Fuhrius)

109 καρτεροὺς pro καρτερικοὺς

128 πραγμάτων pro προσταγμάτων

IV, 8 ταύτην pro τοιαύτην

18 δυσπίστως pro δυσπείστως

76 αὐτὰ pro τοιαῦτα

148 ἐπιβολῆς pro ἐπιβουλῆς

I, 46 παροξυνθείη pro παροξυνθείης

II, 2 διοικῆς pro διοικοίης

III, 5 αἴσθονται pro αἰσθάνονται

VII, 24 δεήσει pro δεήσειε

30 καταλύουσι pro καταλύσουσι

41 παιδευομένους pro πεπαιδευμένους

IV, 57 ἀξιοῦν pro ἀξιοῦντας; etiam hic error (cf. pag 16, IV, 157) tantum in Γ pr.; cf. Mart. pag. 16: ἀξιοῦν 1, ἀξιοῦντας 3.

IV, 86 κινδυνεύειν pro κινδυνεύσειν; κινδυνεύειν pr. m., a corr. κινδυνεύσειν, cf. Mart. pag. 17. Verbo quidem μέλλω et praesens et futurum infinitivi addit Is. nullo discrimine [1]), sed hoc loco futurum praeferam, cum Is. ipse futurum infinitivi praetulerit [2]), in Γ vero non solum κινδυνεύειν sed κινδυνεύσειν quoque inveniatur, quod Bk. non adnotavit. — Nonnunquam litteris aut commutatis aut immissis aut omissis vox quaedam deformata est; cf. VIII, 141: λυμαιῶνας pro λυμεῶνας, VIII, 85: προστείων pro προαστείων, VIII, 142 εἴπερει pro εἴπερ. Sed huiusmodi errores exiguos et manifestos omitto, praesertim cum in edit. Bk. illi haud accurate notati sint. Nonnullos autem restat ut afferam locos, ubi vera scriptura est obscurata

d. litteris false coniunctis.

IV, 176 non dubito pro codicis Γ μηδεμίαν Sauppii coniecturam μηδὲ μίαν recipere. Similis erroris exemplum est VII, 47, ubi Γ verbi μηδεμία litteras distraxit in μήτε μία quod μήτε antecedit. IV, 74 μικρὰ δέ τι mutandum esse in μικρὰ δ' ἔτι recentiores editores consentiunt; vulg. μικρὰ δέ τινα apparet emendationem esse lectionis μικρὰ δέ τι. Quod in Γ VIII, 93 ἂν post δεξαίμεθ' omissum est, iudico vocis ἂν litteram α cum δεξαίμεθ' coniunctam, alteram ν omissam esse. Idem cadit in locum VIII, 144, ubi Γ pro ἔνεστι δ' ἐν τοῖς habet lectionem ἔνεστι δὲ τοῖς. IV, 28 duo verba ἡδίους τὰς in Γ confusa esse videntur in ἡδίστους hoc loco absurdum.

Omnibus quos hactenus attuli locis in Γ verbi alicuius locum aliud occupaverat. Multo rarius in orationibus quas tractavi locos inveni, ubi

II. Isocratis verbis alienum additum est.

Quod fit interdum dittographia quam dicunt (cf. IV, 45: παντοδαπωτάταταις; Mart pag. 16, P. 51, l. 27), ut III, 43

---

1) cf. Bait. ad. h. l.

2) cf. Fuhr pag. 332: wie Is. im Allgemeinen das Fut. nach μέλλω mehr liebt.

Γ in verbis γνησιώταται καὶ βεβαιόταται καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἄξιαι ante καὶ μεγίστων addidit καὶ μέγισται, X, 61 κάτω ante κατακαλέσωνται dittographia ortum esse Fuhrio facile concedo (cf. animadv. pag. 48). Quod eadem vox antecedit, IV, 167 pro τῶν συμφορῶν legimus τῶν νῦν συμφορῶν (antecedit τῆς νῦν ἡλικίας). Merum vero errorem eis tantum locis dicere licet exstare, quibus nec ulla emendandi causa aderat nec intellegi potest, quo consilio et qua de causa librarius mutaverit, ut errore VII, 18 μὲν post ἕκαστον, II, 20 ante πρὸς, VII, 38 δὲ post ἔτι addidit. IV, 179 quoque errore articulum ante Δία positum esse Fuhrius (cf. animadv. pag. 51) ex Isocratis consuetudine, qua Δία cum articulo non conexuit, demonstrat. Aequabilitas quoque membrorum (respondet ἀνθρώπους sine articulo) articulo ascripto tollitur. Quam in hac re Is. summa cum diligentia petivisse indicat VIII, 33, ubi παρὰ θεοῖς et παρ' ἀνθρώποις sibi respondent, quamvis articulus adiectus sit VIII, 120: παρὰ τῶν θεῶν, I, 34; II, 20; IX, 14; IV, 32; XV, 282; XI, 28; XV, 247. Quominus VIII, 33 καὶ παρὰ τοῖς θεοῖς καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις scribamus omnium codicum consensio obstat. Sed IV, 38 Isocratis usui exemplis modo illustrato convenienter pro Urbinatis lectione ὅσα μὴ παρὰ θεῶν ἔχομεν vulg. παρὰ τῶν θεῶν ut recipiatis suadeo. — Quod in universum usum verbi θεοί attinet, nonnullis locis exceptis, ubi non de omnibus sed de certis deis agitur (cf. IX, 16; X, 41, 47) aut aequabilitatis membrorum causa articulus non admissus est (cf. locum iam explicatum VIII, 33; XII, 186 θεῶν ἄν τις ἀμέλειαν, quod antecedit ἔργα πονηρῶν ἀνθρώπων), aut θεοί cum certis verbis iungitur (semper εἰς θεοὺς ἀναγαγεῖν, cf. V, 132; X, 17, 61, θεῶν τινα, cf. IV, 84; V, 68, 151, μηδένα θεῶν cf. I, 23, ἀπὸ θεῶν γεγονότες, cf. XII, 81, 206), Isocrates articulum addit. Longum est permulta exempla ex omnibus orationibus a me collata enumerare, sed dignum quod referatur id mihi videtur, quod Demosth. articulum aliter atque Is. et ante Δία posuit (cf. XVIII, 129: ἀλλὰ νὴ τὸν Δία καὶ θεοὺς ὀκνῶ) et ante θεοὶ omisit (cf. ibid. et 46: κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροί).

III. Videamus porro quibus locis in Γ errore aliquid sit omissum.

a. Ut dittographia vox quaedam additur, hemigraphia quae dicitur demitur.

IV, 83 ἧς post δόξης hemigraphia omissum est, VIII, 90 eadem de causa legimus οὔτ' ἐνδείαις pro οὔτ' ἐν ἐνδείαις, I, 1 τὴν post μεγίστην om. (de articulo τὴν cf. Schneid. ad h. l.).

b Nonnulla omissa sunt propter ὁμοιοτέλευτον.

Quae inveni exempla haec sunt: VIII, 101 τοῖς ante ἐπιγιγνομένοις om. (post τοῖς κακοῖς); aliis quoque locis ὁμοιοτέλευτον effecit, ut articulus desideretur, cf. VII, 28: Γ τὰ om. ante κατὰ, nam credo τὰ κατὰ τὴν ἡμέραν (non τὰ καθ' ἡμέραν) ἑκάστην cum Dindorfio scribendum esse. Ut argumenta in quibus ille nititur non repetam (cf. Panegyr., Lips. 1826, ad h. l.), id quoque hanc coniecturam probabilem reddere mihi videtur, quod propter litterarum similitudinem paullo verisimilius est articulum τὰ ante κατὰ quam ante καθ' excidisse. — IV, 6 τῆς post ταραχῆς om., 161 τῶν post ἐχθρῶν, VIII, 136 καὶ ταῖς post μελέταις Γ om., III, 43 τὴν ante σωφροσύνην. Verbis enim τὴν δὲ δικαιοσύνην καὶ τὴν σωφροσύνην respondent τῆς μὲν ἀνδρίας καὶ τῆς δεινότητος; cf. VIII, 33: τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην. — III, 18 τὰ ante βέλτιστα.

II, 32 τοῖς ante φαύλοις. Articulum enim in verbis τὰ μὲν καὶ τοῖς φαύλοις παραγίγνεται recipiendum esse censeo; cf. I, 38: καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστι, epist. II, 10: καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστιν, XX, 15: μέτεστι τοῖς πένησι, II, 30: καὶ τοῖς κακοῖς διαπράξασθαι δυνατόν, III, 43: ὧν οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστιν. Sin vero Is. omittit articulum, addit substantivum ἄνθρωπος; cf. X, 43: δυναστείας καὶ φαύλοις ἀνθρώποις ποτὲ παραγίγνεσθαι, XV, 317. Quod additamentum VII, 73 in verbis εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομιμώτεροι γεγόναμεν in Γ pr. omissum ne cum Benselero deleas, sed cum Rauchensteinio [1]), qui aliorum quoque scriptorum

---

1) cf. Ausgew. Reden des Is., Berlin 1874, pag. 162.

usu dicendi id commendari docet, retineas. Interdum dicit Is. οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων (cf. VI, 102: αἱ μὲν γὰρ εὐτυχίαι καὶ τοῖς φαύλοις τῶν ἀνθρώπων τὰς κακίας συγκρύπτουσιν, XX, 14), sed adiectivum solum hoc sensu non invenitur, ac propterea II, 32 scribere oportet τοῖς φαύλοις, I, 29 (τοὺς Γ om.) τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν, praesertim cum antecedat τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει.

Propter ὁμοιοτέλευτον praeterea in Γ omissa sunt:

VII, 74 μὲν post ἐν
(75 Γ pr. om. καὶ ναυμαχοῦντες propter πεζομαχοῦντες)
IV, 28 διττὰς post δωρεὰς
I, 4 μόνον post λόγον
III, 30 τῶν ἰδεῶν post τούτων (cf. Bl praef. I, p. VII)

VIII, 63 καὶ τὴν δικαιοσύνην propter ὁμοιοτέλευτον omissum esse Blassio non concedo (cf. praef. I, pag. XLIII), quod ἡ ἄλλη ἀρετὴ non aliud hoc loco sibi vult ac δικαιοσύνη [1]).

Propter similitudinem duorum verborum excidit
IV, 106 δεῖ ante διὰ
VIII, 100 τὴν post ἧτταν
89 τῶν ἄλλων post μᾶλλον.

c. Saepe nec ὁμοιοτέλευτον nec alia verborum similitudo excusat errorem, sed mera socordia verba atque imprimis exigua, qualia sunt πὲρ, τὲ, μὲν, δὲ, articuli formae (nisi in easdem ac substantiva litteras exeunt, cf. b), omittuntur; cf. πὲρ VII, 14 (bis), I, 37, II, 10; μὲν IV, 187 ante πόλεμον, VIII, 83 post τῶν, VII, 8 post τῆς, IV, 125 post τοὺς; τὲ omissum est IV, 29 ante χρείας, VIII, 133 post καλοὺς, III, 56 post ἐν; δὲ IV, 142 ante μηνῶν, IV, 93 δ' ante ἄλλων, VIII, 21 post μεστὴν, III, 22 δ' post μόνον; οὐ I, 12 ante δυνατὸν; γὰρ VIII, 49 post ἀλλὰ; οὖν IV, 165 post μὲν; articuli formae VII, 28 τὴν ante ἡμέραν (cf. pag. 20), IV, 142 τὸ post ναυτικὸν. VIII, 26 τούτων errore abesse non est cur negemus, 50 αὐτῶν in Γ omissum sententia non requirit.

1) cf. Bens. in edit. Engelm. ad. or. VIII, 32 et 63: „ἡ ἄλλη ἀρετὴ kann nach isokratischer Philosophie, die nur die drei Tugenden, die σωφροσύνη, εὐσέβεια und δικαιοσύνη annimmt, nichts anderes sein als die δικαιοσύνη“.

IV, 70 διὰ τὴν τότε στρατείαν in Γ omissum non desidero, quod nec sensus nec aequabilitas membrorum haud ita similium hoc additamentum requirunt. Cum accedat, quod Ambr. ea verba post τοσοῦτον posuit, vulg. lectio haec est: διὰ τὴν τότε γεγενημένην στρ. ante τοσοῦτον, haec discrepantia lectionum interpretamentum esse a margine receptum et ab Ambr. ad verborum διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν, quae paullo ante Is. dixit, similitudinem mutatum indicare mihi videtur. —

Quod Bekkeri collationem codicis attinet (cf. pag. 16), ex Martini collatione eadem mihi apparuerunt, quae Fuhrius docet [1]: „Im Allgemeinen ergiebt sich aus der Vergleichung der Hercherschen Nachcollation (epistolarum), wie nicht anders zu erwarten, die Zuverlässigkeit der Bekkerschen, nur was ν ἐφελκυστικόν, ι adscriptum, Elision und augenscheinliche Versehen des Schreibers betrifft, fehlt die Genauigkeit. Dasselbe ergab sich mir aus einer Vergleichung der 16. Rede, zu der ich eine mit grosser Sorgfalt angefertigte Collation der freundl. Mittheilung des Herrn Dr. F. Leo verdanke“.

In orationis IV par. 1 – 15 ι adscr. Γ omisit: 5. λάβῃ et δέῃ, ἴδῃ, 6. τυγχάνῃ, κατορθωθῇ, 9. καιρῷ, 12. εἰκῇ; ν ἐφελκ. semper fere scriptum est etiam ante consonantes, cf. par. 47: συνέξευρε ante cons., συγκατεσκεύασε ante cons., ἐπαίδευσεν a. c., ἐπράϋνεν a. c., διεῖλεν a. c., ἐδίδαξεν ante voc., κατέδειξεν a. c., ἐτίμησεν a. v., ἐπιθυμοῦσιν a. c., φθονοῦσιν a. c. Bekkerus elisione usus est, ubi in Γ non est, cf. 28. τ' ἄλλοις, 61. δ' Ἄργος (Γ δὲ αργος cf. Mart. pag. 16), 97. δ' εἰς ἀτιμίαν (δε εις Γ); accentus tam saepe omissi sunt, ut exempla proferre non opus sit. Rasurae permultae inveniuntur (2. ἑνὸς l'esprit est de 3 sur grattage, 4. μάλιστ' le μ est de 2 sur grattage, cf. Bk. Monatsber., ἐπιδεικνύουσιν, le ν final a été gratté, 7. ὑπολαβεῖν, l'α de 2 sur grattage, εστιν, 8. ἔχουσιν, ἐστὶν, 18. εχουσιν: le ν a été gratté, 15. συνστησαι, le ν a été gratté). Adde Mart. pag. 23: „On sait que, lorsque la préposition συν est en composition avec des mots commençant par un σ suivi d'une consonne, le ν de συν

1) cf. Excurse zu den att. Rednern, Rhein. Mus. 33, pag. 565.

tombe. Dans notre manuscrit, au contraire, nous trouvons régulièrement le ν".

Aliquando Bk. codici iniuriam imponit, cum lectionem manus pr. tantum afferat neque veram a correctore appositam. Cf. par. 8. τῶν αὐτῶν] Bk. adnotat „τὸν αὐτὸν Γ", Mart. docet: τὸν αὐτὸν 1, τῶν αὐτῶν 3; 157. τελετῇ] Bk.: „τελευτῇ Γ", Mart.: τελευτῇ 1, τελετῇ 2 (cf. pag. 16); 164. προέμενοι] Bk. „προσέμενοι Γ", Mart.: προσέμενοι le σ a été gratté (cf. pag. 17); 57. ἀξιοῦντας] Bk. „τοὺς — ἀξιοῦν Γ", Mart.: ἀξιοῦν 1, ἀξιοῦντας 3. — IV, 86 non dubito κινδυνεύσειν scribere (cf. pag. 18), quoniam in Γ non solum κινδυνεύειν sed etiam κινδυνεύσειν legitur. Quod. Bk. 16. non dixit codicem pro ἔχει exhibere ἔχῃ, 17. eius lectionem sic rettulit: τὼ πόλεε (litt. εε a correctore positis) τούτω, quamquam habet τὼ τούτω πόλεε (cf. Mart. 14: τω τουτω πολεις 1, τώ τούτω πόλεε 2), haud magni momenti est.

Caput II.

Sequitur ut de eis locis, qui correctorum temeritate neque errore corrupti esse videntur, dicam. Id vero praemoneo, ne codicis lectiones propterea pro spuriis habeas, quod correctoribus debentur [1]). Eis enim permultas debemus emendationes. Urbinatis autem manum primam non summa fide dignam esse iam exponere mihi liceat.

Γ pr.

in orat. V haec quae necessaria sunt omisit: 2. πολλῶν κακῶν, 26. ἁπάντων ἔρημος, 77. ἂν ante ἀγανακτήσειε, 93. τὰ post ἅπαντα, 100. καὶ post ὑπερεωρακέναι, 103. τὴν ante ἀρχὴν, 117. ἐν ταῖς ante εὐχαῖς, ἡμᾶς ante ποιουμένους [2]); scripsit

1) cf. Fuhr, l. c. pag. 567: Für mich steht fest. dass wir von vornherein nichts deshalb für unecht zu halten haben, weil es erst die zweite Hand nachgetragen hat.

2) cf. Fuhr, l. c. p. 567: Der künftige Herausgeber wird also jedes-

6 Μηδόκῳ pro Ἀμαδόκῳ, 14. ἔχων pro ἔσχον, 58. ἔχειν pro ἔσχεν, 110. ἔχοντα pro ἔχουσα, 15. προσδείσεσθαι pro προσδεήσεσθαι, 53. ὁμογόροις pro ὁμόροις, 62. ὕστερον pro οἴκαδε μὲν („ex eis quae praecedunt repetitum", Bl. praef. I, p. XXVII), 71. δυνάμεις pro δυναμένας, 142. εἶδε pro εἷλε; vitiose addidit 98. δ' post δικαίως. Neque solum singula verba omisit, sed etiam tota membra: VII, 51 ἡσυχίαν — ἄλλους, quod librarii oculi ab ἀλλήλους ad ἄλλους aberraverunt, VIII, 125 ὃν post δῆμον et τῶν ἄλλων ἄρχειν post δεῖν, XII, 20 ὡς – ἀκούσας post ἡμᾶς.

Multo vero luculentius primae manus socordiam nonnullae lectiones ex Martini collatione haustae demonstrant, quas in adnotatione [1]) subieci. Ex illis patere puto primam manum et multa quae prorsus necessaria sunt omisisse et

---

mal genau zu untersuchen haben, ob Bedenken gegen Worte, die Γ pr. fortlässt, vorliegen, ehe er sie zu tilgen wagt.

1) cf. IV, 1—20. Permultas rasuras, quae primae manus errores indicare videntur, omitto.

3. αθλον 1, ἄθλον 1[a], ἆθλον 2 (de numeris cf. pag. 6)
5. αὐτον 1, αὐτων 2 (post περὶ)
6. κατωρθώθη 1, κατορθωθῇ 2
τῆς a été ajouté après ταραχῆς par 3
7. μηδάμως· ἀλλ' ὡς οιον τηv 1, 2 a corrigé
μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν
8. ὥστοιον τειναι 1, ὥστ' οἷόν τ' ειναι 2,
ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι 3
τὸν αὐτὸν 1, τῶν αὐτῶν 3
καίπερ 1, καὶ περὶ 1b
11. ὥστε πρὸς ὑπερβολὴν 1; le mot τοὺς (ante πρὸς) a été ajouté à la marge par 1[a], 2 a retouché
14. συμπαντουου 1, συμπαντος οὗ 2
παρακελευομαι και δεμιαν μοι συγγ. 1,
παρακελευομαι μηδεμιαν μοι συγγ. 1[b]
παράσχειν 1, πάσχειν 4
15. le mot καὶ après γεγενημένας est de 2
17. δη 1, δεῖ 2
τω τουτω πόλεις 1, τὼ τούτω πόλεε 2
18. ἡμέραν: les lettres τε sont de 2 (ἡμ^{τε}έραν)
συμφέρον: l'accent est de 1[a]
20. ἐμποδῶν 1, ἐμποδὼν 4.

persaepe erravisse. Attamen aequo saepius primae manus scripturam videmus meliori praeferri. VII, 73 recentiores editores Rauchensteinio excepto Benselerum secuti ἀνθρώπων omiserunt, quod Γ pr. hanc vocem, quae supervacanea videtur, non habet. Eam vero servandam esse demonstravi pag. 20. Propterea vero quod correctores non semper in verum inciderunt et inter permultas emendationes quas magnopere laudamus vitia quoque irrepserunt, si considerate iudicamus, codicem increpare non debemus. Quae vitia sive interpretamenta sive additamenta plerumque in margine inveniuntur neque contextum orationis deteriorem fecerunt. Sic in codicis margine III, 24 κρατοῦσαν pro κατορθοῦσαν, II, 13 τῶν ἀπόντων pro τῶν ἄλλων (respondet παρόντων) explicationes, II, 2 ἐγὼ ante ἡγησάμην, II, 21 ἀπὸ τῶν ἰδίων δαπανωμένους additamenta otiosa, III, 62 μάλιστα pro τάχιστα (μάλιστα antecedit, sed Isocrates anaphoram usurpare non solet), III, 42 ἀπολελεῖφθαι pro ἀποστερηθῆναι interpolationes haud necessarias esse apparet. Sed veram lectionem in margine correctorem praebere I, 6 ἐλυμήνατο pro ἔβλαψε in codicem immisso et II, 5 εἰς τὰς — δυναστείας (pro πρὸς τοὺς τὰς — δυναστείας ἔχοντας) in marginem recte esse receptum pro codicis interpolatione negari non potest. Ex alia quoque oratione ut proferam exempla, IX, 75 ῥώμην pro φύσιν explicationem esse verisimillimum est neque quisquam longius illud post χρωμένην additamentum in par. 47 recipiet; sed 69 διάνοιαν in margine adnotatum nescio an codicis lectioni γνώμην anteferendum sit (cf. Bl. praef. I, pag. XLIX).

Ex Martini libello cognovi in orat. IV imprimis manum 4 [1]) additamenta in margine ascripsisse. Etsi nonnunquam eam genuinam lectionem praebere concedendum est [cf. 47. les

---

1) cf. Mart. pag. 13: „Une main qui semble du 13 siècle. Corrections nombreuses dans l'interligne par grattage et à la marge; encre noire; abréviations nombreuses, précedées assez souvent du sigle γρ. (γράφεται), qui indique les variantes. Ce sigle n'est employé, pour le Panégyrique, que par cette seule main. C'est cette main qui a ajouté la fin de l'Antidose, f. 361 verso".

mots καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπράϋνεν sont en marge, de 4; 28. les mots τῆς πόλεως, 174. le mot ὡς (pro ὡς post ὅπως), 186. τεύξεσθαι sont de 4 en marge], multo saepius aliorum codicum falsas lectiones neque semper nota γρ. insignes ascripsit. Cum enim ad 1. εὐτυχίας] inveniatur in margine γρ. εὐεξίας, ad 158. πυνθάνεσθαι] γρ. καταμαθεῖν, ad 97. ἐμέλλησαν] γρ. ἐτόλμησαν, ad 165. ἐπιστῶσιν] γρ. ἀθροισθῶσιν, crebro additamenta hoc signo non apposito prorsus inutilia, quae ex aliis codicibus recepit, ea manus addidit; cf. 50. en marge τεκμήριον de 4, Bl. praef. I, pag. XVIII: δοκεῖν τεκμήριον εἶναι v., δοκεῖν τεκμ. εἶναι δοκεῖν E; 91. en marge πρόγονοι, Bl. pag. XX: ἡμ. πρόγονοι v. hic E, ἡμ. πατέρες v. in Ant.; 122. les mots τοῖς βαρβάροις sont de 4, Bl. pag. XXII: ἐκδότους τοῖς βαρβάροις ἐποίησαν v. E ; 146. le mot πόλεσιν a été ajouté par 4, Bl. pag. XXIII: ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν οὐχ v. E (qui αὐτῶν); 167. en marge χρόνος de 4, Bl. pag. XXIV: παρεληλ. χρόνος ἐν v.; 184. μᾶλλον ajouté devant προσήκει par 4, Bl. pag. XXIV: στρ. μᾶλλον πρ. E, μᾶλλον πρ. στρ. v.

Quae cum ita sint, IV, 160 eiusdem manus additamentum οὗ σαφέστερον οὐδέν [cf. Mart. pag. 21: renvoi sur καίρος (καίρος in Γ) et à la marge les mots οὗ σαφέστερον οὐδέν omis par 1, le tout de 4] a Bens. et Bl. receptum propter originem suspiciosum videtur. Accedit quod in eius collocatione codices discrepant [1]) et sententiarum haec copulatio (sequitur ὃν οὐκ ἀφετέον) ab Isocratis lucido sententiarum ordine aliena est. Deleo igitur id additamentum. Neque minus inutilia ducenda sunt IV, 14 verba τῶν ἄλλων ea manu in margine adnotata (cf. Mart. pag. 14), in E ante μηδὲν, v. post μηδὲν posita. Similis autem lectionum discrepantia IV, 4 Blassii coniecturam „an delenda τοῖς ἄλλοις?“ (cf. praef. I, pag. XVII), quam Mart. accepit et tuetur (cf. Mart. pag. 26), commendare videtur. Etiam manus 2, cui multas emendationes debemus [2]) hoc additamentum par. 6 in

1) cf. Bl. praef. I, pag. XXIII: οὗ σαφ. οὐδέν om. pr. Γ Bk., habent ante ὃν οὐκ rc. mg ΓE (Bs.), post ἀφετέον v.

2) etiam in margine, cf. par. 37: ἐπιδείξειεν est à la m., de 2, par. 174: les mots οὐκ ἔστιν sont de 2, en marge.

marg. male adnotavit (cf. pag. 14, adn.); Mart. pag. 13: „au-dessus de πρότερον renvoi et à la m. τοῖς ἄλλοις de 2“. Hoc loco τοῖς ἄλλοις paullo ante scriptum est.

Hae quaestiones per ceteras quoque orationes habitae me docuerunt marginem saepe illum quidem codicis menda sanare, sed permulta quoque additamenta, interpolationes, interpretamenta in eum collata esse. —

Iam codicis ipsius vitiosa additamenta et interpolationes ex oratt. tractatis enumerabo. Haud raro enim interpretamenta inveniuntur, quae aut locum vocis explicandae obtinuerunt aut eam ipsam comitantur. In or. VII, par. 33 verbis ὁμοίως ἐθάρρουν περὶ τῶν ἔξω διδομένων ὥσπερ περὶ τῶν ἔνδον κειμένων non difficile est intellectu Urbinatis lectionem οἴκοι pro ἔνδον explicationem esse (cf. Bl. praef. I, pag. VII). Neque minus III, 57 Urbinatis lectio πειθαρχεῖν pro βασιλεύεσθαι in verbis διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμ. αὐτῶν βασιλεύεσθαι, I, 6 ἔβλαψε pro vulg. et marginis ἐλυμήνατο (cf. pag. 25) explicationem olent.
VII, 12 in verbis Urbinatis et ceterorum codicum ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν αὐτάς verba καὶ διελύσαμεν αὐτάς cum Corae delenda esse censeo. Cobetus, qui fraudem hic esse manifestam iudicavit [1]) tantum explicationem καὶ διελύσαμεν expunxit. Schneiderus [2]) quidem ea verba retinuit, quod διεσκαριφησάμεθα non idem significaret quod διελύσαμεν, synonyma autem quae vocantur coniuncta Is. adamasset, sed Cob. l. c. adnotat in lexico rhetorico in Anecd. Bk. pag. 239, 20 legi: διεσκαριφησάμεθα: ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν, idemque Suidas refert. Praeterea huiusmodi synonymorum geminationem Isocrateam esse minime verisimile est. Veteres enim synonymorum coniunctione utebantur aut ut sententiam amplificarent aut orationem ut redderent uberiorem. Primum igitur videamus quatenus sententia amplificetur. Illud διασκαριφᾶσθαι hoc uno tantum loco, διαλύειν sexcenties apud Isocratem invenitur; διασκ. translatio,

1) cf. Variae lectiones, ed. II, pag. 375.
2) cf. Ausgew. Reden des Is., Leipzig 1859.

διαλ. vox vulgaris, usitata est. Isocratem vero quaero num probabile sit „non minus in eligendis quam in conectendis verbis diligentissimum scriptorem“ a translatione perrara descendisse ad verbum tritum? Sententia non amplificari sed extenuari mihi videtur.

Sed dicat quispiam Isocratem non tam ad sententiam amplificandam quam ad orationem exaggerandam synonymis coniunctis usum esse. Perscrutemur igitur eius usum dicendi, ut appareat utrum haec synonymorum copulatio eo commendetur necne. Saepenumero Is. studuisse mihi videtur, ut geminatio eodem synonymorum exitu auditorum aures permulceret et in se converteret. Conf. velim haec synonyma:

VII, 59: νομοθετηθεῖσαν καὶ κατασταθεῖσαν
XV, 229: ἀδικίαν καὶ κακίαν
XVII, 17: ἀδικεῖν καὶ δεινὰ ποιεῖν
VII, 61: ἰσότητας καὶ ὁμοιότητας
VIII, 13: ἀπιστεῖτε καὶ φθονεῖτε
72: νουθετοῦντας καὶ κατηγοροῦντας
139: ἑτοίμως καὶ προθύμως
II, 10: ῥᾳθυμεῖν μηδ' ἀμελεῖν
IX, 49: πραότητα καὶ μετριότητα
XII, 102: φιλίαν καὶ συμμαχίαν
XV, 309: ἀγαπᾶν καὶ τιμᾶν
323: εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς
VII, 71: ἐπιτιμῶ καὶ κατηγορῶ
77: ἐπιτιμῆσαι καὶ κατηγορῆσαι
XIII, 1: μισήσειε καὶ καταφρονήσειε
XV, 219: καταφρονηθεῖμεν καὶ μισηθεῖμεν
III, 48: ὀλιγωρεῖτε μηδὲ καταφρονεῖτε.

Ne vero credas Isocratem huiusmodi concinnitates non expetivisse neque consulto sed casu illas exstitisse, cf. XVI, 10: ὡς δεινὰ δεδρακότος αὐτοῦ κατηγοροῦσι καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν. Non erat cur διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν scriberet pro simplici διαβάλλουσιν nisi ὁμοιοτέλευτον κατηγοροῦσι . . . ἐπιχειροῦσιν addere voluisset. IV, 111 in verbis μᾶλλον δ' ἐτίμων τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας τῶν πολιτῶν ἢ τοὺς γονέας τοὺς αὐτῶν eo quod duobus illis synonymis αὐτόχειρας καὶ

φονέας hoc unum γονέας opponitur, aequabilitas tollitur, sed Is. maluit aequabilitatem quam ὁμοιοτέλευτον praetermittere. Eadem de causa II, 10 ῥᾳθυμεῖν μηδ' ἀμελεῖν coniunxit et sequenti σκοπεῖν opposuit. Quantopere vero talia ornamenta expetivisset, iam Dionysius Halic. intellexit: αἵ τε παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις καὶ τὰ ἀντίθετα καὶ πᾶς ὁ τῶν τοιούτων σχημάτων κόσμος πολύς ἐστι παρ' αὐτῷ καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευήν (cf. iud. de Is. pag. 539). Ut omittam παρισώσεις (de hac figura cf. Volkmann, Rhetorik der Griechen und Römer, pag. 410), παρομοιώσεις et alia paronomasiae vel agnominationis exempla nonnulla proferam, quibus spero perspicuum fore synonymorum quoque ὁμοιοτέλευτα non fortuita esse:

I, 28: χρήματα καὶ κτήματα
II, 26: κτησαμένους — χρησαμένους
VII, 25: κτήσεις — χρήσεις
IV, 45: ῥώμης — γνώμης

Παρηχήσεις quoque saepius inveniuntur:

IV, 38: καλῶν καλῶς
I, 19: πολλὰ πολλῶν
XVIII, 14: οὐ τούτῳ τοῦτο (cf. Volkm. pag. 441)
IX, 40: κάλλιστον — κάλλιστα
X, 25: αὐτὸς αὐτοῦ
XV, 217: πάντας πάντα
VIII, 52: οὐδεὶς ἂν οὐδὲν
III, 15: ἕτερος ἑτέρου (cf. XIX, 24)
epist. IV, 6: πρὸς χάριν — χάριτος ἄξιον
epist. V, 2: φιλάνθρωπος καὶ φιλαθήναιος κ. φιλόσοφος
I, 31: χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος.

Quin sermonis etiam vulgaris formis Is. usus est, ut artificiosa concinnitate orationem amplificaret. Propter παρομοίωσιν I, 16 συνειδήσεις, 44 εἰδήσεις, 52 καθιζάνουσαν usus est, quod eis formis respondent λήσειν, εὑρήσεις, λαμβάνουσαν (cf. Strange, Archiv IV, pag. 344, Schneid. ad h. l.). Ex hoc concentuum singulari amore synonyma φήμην καὶ μνήμην (cf. IV, 186 et V, 134, ubi verborum pleonasmus κατὰ τὴν εὐλογίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ τὴν φήμην καὶ τὴν μνήμην

nequaquam nos delectat) puto esse profecta neque in his tantum sed in eis quoque quae supra enumeravi hunc amorem apparere.

Cuiusmodi litterarum simili sono loci VII, 12 synonyma διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν non commendari non minus manifestum est quam additamentum καὶ διελύσαμεν ad sententiae gravitatem nihil afferre.

Sed aliud quoque significare videtur id additamentum pro spurio habendum esse. Uniuscuiusque fere synonymorum geminationis Isocrates „semper sui similis“ aut unum aut alterum synonymum aliis locis aliis synonymis adiunxit et saepissime eandem quoque geminationem repetivit. Quod ad demonstrandum nonnulla exempla conferre non inutile est:

1. VII, 48 θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες; eadem verba inveniuntur VIII, 83. θαυμάζειν cum aliis verbis coniunctum: IV, 10 θαυμάζοι καὶ τιμώῃ (eadem synonyma V, 140, XVI, 31), V, 11 μιμεῖσθαι καὶ θαυμάζειν, VI, 95 ζηλωτότερος καὶ θαυμαστότερος, XI, 24 ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν (eadem synonyma XII, 187, 242; ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν XII, 223, epist. IV, 9, epist. VII, 2, XV, 276 ἐπαίνου καὶ τιμῆς); ζηλοῦν autem in his quoque geminationibus invenitur: VIII, 142 ζηλῶσαι καὶ μιμήσασθαι (I, 11 μιμητὴν καὶ ζηλωτὴν), XII, 264 ἐπῄνουν, ἐζήλουν, ἐμακάριζον.

2. XIII, 1 μισήσειε καὶ καταφρονήσειε; eadem synonyma inveniuntur V, 137, XV, 219; καταφρονεῖν cum aliis verbis coniunctum: IV, 14 καταγελᾶν καὶ καταφρονεῖν (eadem synonyma V, 84), III, 48 ὀλιγωρεῖτε μηδὲ καταφρονεῖτε, V, 100 ὑπερεωρακέναι καὶ καταπεφρονηκέναι, VI, 108 ὑβρισθεῖσαν καὶ καταφρονηθεῖσαν; μισεῖν invenitur VIII, 105 μισεῖν καὶ φεύγειν, V, 77 ἀγανακτήσειε καὶ μισήσειεν.

3. IV, 6 σκοπεῖν καὶ φιλοσοφεῖν; eadem synonyma inveniuntur IV, 6, σκέπτεσθαι καὶ φιλοσοφεῖν VIII, 116; σκέπτεσθαι cum aliis verbis coniunctum V, 43 ἀθρήσειε καὶ σκ., XI, 47 σκ. καὶ δίελθε (διελθεῖν V, 149 ἐξετάσας καὶ διελθὼν, VII, 63 δηλῶσαι κ. διελθεῖν); φιλοσοφεῖν Is. cum aliis verbis copulavit IV, 186 πονεῖν καὶ φιλοσοφεῖν (cf. IX, 78, XII, 11, XV, 285; XV, 247 πόνῳ κ. φιλοσοφίᾳ), VIII, 5 μελετᾶν κ. φι-

λοσοφεῖν, epist. VII, 3 ζητεῖν καὶ φιλοσ., epist. VI, 10. — cf. adn. [1]).

Quibus exemplis quae adaugere non difficile est Isocratis consuetudine illustrata l. c. synonyma eum composuisse διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν negandum esse iudicem, quod nullo alio loco verbum διαλύειν creberrimum illud in eius orationibus cum aliis synonymis conexuit. Quod vero de hoc composito dixi, in alia quoque ac praecipue in καταλύειν cadit. In or. VIII par. 123 sibi respondent οὔτε κινηθεῖσαν οὔτε μεταστᾶσαν[2]) . . . καταλυθεῖσαν, VIII, 51 αὐξανομένην καὶ διαμένουσαν . . . καταλυθεῖσαν. Ex quibus exemplis elucet ne aequabilitatis quidem studio atque amore Isocratem esse impulsum, ut ad καταλυθεῖσαν synonymum adderet. Quae cum ita sint, cum Corae additamentum καὶ διελύσαμεν αὐτάς reiciendum esse mihi persuasum est. Pronomen enim non necessarium illud αὐτάς gravem hiatum efficit, nisi deletur.

Neque minus credo perspicuum esse Urbinatis lectiones, quas iam afferam, interpolationes esse. VIII, 84 verba genuina e Vaticano restituta haec sunt: τοῦ τείχους ἤδη τοῦ Δεκελειᾶσιν ἑστηκότος. Urbinatis librarius pro Δεκελειᾶσιν ad aliorum locorum similitudinem (cf. VIII, 37: τοῦ πολέμου τοῦ Δεκελεικοῦ, XIV, 31: ἐν τῷ Δεκελεικῷ πολέμῳ) scripsit δεκελεικοῦ, corrector autem cum aliis codicibus verbi Δεκελειᾶσιν extremas litteras praepositionis loco verbo ἑστηκότος addidit: δεκελεικοῦ συνεστηκότος (E δεκελείας συνεστηκότος).

---

1) Non solum synonyma, sed alia quoque verba conglutinavit. Saepissime legimus λέγειν καὶ πράττειν, cf. IX, 77. XII, 187, 222, 235; XVII, 33, 49; XXI, 9; XV, 132; πράττειν καὶ λέγειν XVII, 39; epist. III, 2; epist. IX, 8 ac saepius; similiter βουλεύεσθαι καὶ πρᾶξαι III, 17, VI, 72; πράξεις καὶ διάνοιαι IX, 73. Cum vero Isocrates semper sibi constaret, saepe bina verba semel coniuncta uni tantum alterius membri respondent et aequabilitatem evertunt, ut VIII, 60: οὐκ ἐν τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήμασι . . . ἀλλ' ἐν τοῖς αὑτῶν πράγμασι καὶ ταῖς αὑτῶν διανοίαις.

2) cf. II, 17: κίνει καὶ μετατίθει, V, 132: ἀναστρεπτέον καὶ μεταστατέον.

VIII, 56 Γ, Ε, vulg. in hac or., Ε et vulg. in Antidosi quoque exhibent: ἐπιλίποι δ' ἄν με τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ . . . ἐπιχειροίην. Γ in Ant. praebet lectionem ἐπιχειρήσαιμεν, quam recipi velim. Neque enim intellegi potest illorum codicum scriptura accepta, unde haec forma pluralis orta sit. Quam illorum codicum librarios falsam habuisse cum singularis forma μὲ antecedat, multo verisimilius est. Laurentiani scriptor eam (ἐπιχειρήσαιμεν) non recepit, quod ipse quoque in pluralis forma haerebat, sed una tantum littera male mutata scripsit ἐπιχειρησαίμην. Urbinatis vero in Antid. lectionem in suspicionem non esse vocandam demonstrant I, 11 (hic locus a Bens. coll.): ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ καταριθμησαίμεθα, VI, 81: ἐπιλίποι δ' ἂν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ . . . ἐπιχειρήσαιμεν. Et illic et hic Is. de se ipso tantum verba facit; ne vero quispiam dicat VIII, 56 formam pluralis propterea non esse recipiendam, quod μὲ neque ἡμᾶς antecedat, conf. velim VIII, 36: δέδοικα μὴ μάτην τὰ τοιαῦτα λέγωμεν.

VII, 61 verbis ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει Urbinatis librarius ut lucem afferret, pro ἀρχῶν scripsit ἀρχόντων (idem in Ε), sed cf. VII, 22: οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες. Similiter II, 5 ille, quod personam rei praetulit, membrorum aequabilitatis ratione non habita pro ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς κτέ scripsit πρὸς τοὺς τὰς τιμὰς . . . ἔχοντας; sequitur ἐπειδὰν δ' ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους κτέ. Urb. scriptura orta esse videtur ex par. 8: καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας.

VII, 70 librarius τὰς . . . καθεστηκυίας . . . τάς . . . πολιτευομένας mutavit in τῶν . . . καθεστηκότων . . . τῶν . . . πολιτευομένων, cum non animadvertisset ad comparativum ἐλαττόνων intellegendum esse ἢ τῶν ὀλιγαρχιῶν atque hanc efferri sententiam: Etiam democratia corrupta ac depravata nostra oligarchiae triginta virorum praeferenda est.

Neque vidit IV, 106 verba μετὰ γὰρ ταύτης κτέ non de Atheniensibus sed de eorum sociis esse dicta (cf. Rauchenst. ad h. l.) et propterea scribendum esse διετέλεσαν (coni. Bk.) pro διετελέσαμεν, quod in ceteris quoque codd. legimus. Hic

omnium error, qui a subiecti variatione (κατεστήσαμεν . . . διετέλεσαν) repetit originem et excusationem, alterum in E traxit errorem: ἡμᾶς pro σφᾶς; de Γ cf. Mart. pag. 18: σφᾶς 1, en marge: γρ. ἡμᾶς de 4.

III, 22 et Γ et ceteri codd. exhibent ὀφθῆναι pro φθῆναι (ex coni. Cor.), quod respondet λαθεῖν; sed quid sibi volunt hoc loco verba hiatu etiam suspecta ὥστε καὶ λαθεῖν καὶ ὀφθῆναι? cf. IV, 79, ubi v. pro φθήσονται scriptum fuit ὀφθήσονται, Bens. de hiatu pag. 39.

Nonnunquam etiam in Γ voces aut additas esse aut omissas, quae ex eis quae praecedunt facile possent suppleri, ex eis quos afferam locis patebit:

V, 115 δόξαν post καλλίστην interpretamenti speciem habet, quod δόξης proxime antecedit neque Isocratem, „qui in verbis conectendis diligentissime est versatus", vocem sine causa paullo post repetivisse verisimile est. Recte igitur δόξαν a Bekkero omissum est; sed XIV, 30 quoque συγγνώμην post δεῖν ei erat removendum, cum antecedat συγγνώμης τυχεῖν. II, 17 autem recipere debemus Γ pr. lectionem τοῖς καλῶς κειμένοις neque τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις, quod τοὺς νόμους paullo ante legimus. Neque Isocratis est dicere τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις, sed τοῖς νόμοις τοῖς καλῶς κειμένοις, cf. II, 18: ὥσπερ τοὺς νόμους τοὺς καλῶς κειμένους.

Quantopere vero Isocrates eiusdem verbi repetitionem evitavit, tantopere synonyma in duobus membris sibi opposita adamavit:

XIV, 17 hanc Γ praebet lectionem: οὐχ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας οὐδ' ὑπὲρ τῆς τῶν συμμάχων ἐλευθερίας, cum σωτηρίας in reliquis desit. Recentiores editores Benselero excepto σωτηρίας deleverunt, sed eandem plenitatem inveni eademque synonyma sibi opposita VI, 83, ubi sibi respondent τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας et τῆς ὑμετέρας αὐτῶν σωτηρίας; cf. XII, 68: οὐχ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἔφερον ἀλλ' ὑπὲρ . . . τῆς ἐλευθερίας τῆς αὐτῶν [1]). Coniuncta

1) cf. IV, 83: οὐ μόνον δὲ τὰς αὐτῶν πατρίδας διέσωσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν ἠλευθέρωσαν.

autem in uno membro haec synonyma Isocrati non usitata sunt, cum apud Demosthenem inveniantur; cf. Dem. XVIII, 100: τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας, 208: τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον. Sin vero Bl. l. c. σωτηρίας, quod idem atque ἐλευθερίας significat, delet, IV, 100 quoque in verbis τόν τε Μηλίων ἀνδραποδισμὸν καὶ τὸν Σκιωναίων ὄλεθρον vox suprema ei erat cum Γ delenda, quod non aliud sibi vult atque illud ἀνδραποδισμὸν et nequaquam desideratur.

Sed nonnulla exempla quod de illa Isocratis consuetudine dixi probabilius reddant; IV, 182: καὶ τοῖς ἡσυχίαν ἄγειν βουλομένοις καὶ τοῖς πολεμεῖν ἐπιθυμοῦσιν. Γ quidem hoc loco βουλομένοις omisit (et plurimi editores eum secuti sunt), sed cum Bekkero, Dindorfio, Baitero ut illam vocem teneam, me movit VIII, 71: οὐ διαβάλλειν ἑτέροις ἐπιθυμῶν ἀλλ' αὐτοὺς βουλόμενος παῦσαι; similia verba Is. opposuit VIII, 44: ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν, IV, 185: σπανιωτέρους ἔσεσθαι τοὺς μένειν ἐθελήσοντας τῶν συνακολουθεῖν ἐπιθυμησόντων; III, 1 (cf. ad IV, 182): διὰ τί τοὺς μὲν εὖ λέγειν ἐπιθυμοῦντας ψέγουσι, τοὺς δ' ὀρθῶς πράττειν βουλομένους ἐπαινοῦσιν.

Alia huiusmodi antitheta inveniuntur XVII, 15: ἡγούμενος . . . οἰόμενος, XVIII, 36: ἡγοῦμαι . . . νομίζω, XV, 117: οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀλλὰ σαφῶς φράσαι, I, 47: ποιοῦμεν . . . διαπονοῦμεν, I, 3: τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον, II, 15: χρὴ . . . δεῖ; substantivorum I, 1: γνώμας . . . διανοίας, I, 2 (et 13): τεκμήριον . . . σημεῖον.

Ut vero Γ IV, 182 βουλομένοις, 100 ὄλεθρον, quasi essent inutilia additamenta, male omisit, ita I, 43 verba ἡ φύσις, quae respondent alterius membri verbis ἡ πεπρωμένη, in Γ omissa nescio an melius cum Blassio teneantur. IV, 86 denique propono, ut in verba τὸν κοινὸν πόλεμον ἴδιον ποιήσαντες post ἴδιον cum Bekkero et vulg. κίνδυνον reducamus. Quod additamentum et cum Isocratis usu exemplis modo illustrato et cum eius dictione aequo copiosiore, de qua proximum est ut dicam, consentire nemo non concesserit.

Isocratem enim verborum exaggeratione orationem exornare studuisse iam Dionysius Halic. profitetur (cf. V, 538): „καὶ στρογγύλη δ' οὐκ ἔστιν (λέξις) . . . ὑπτία δ' ἐστὶ μᾶλλον καὶ κεχυμένη πλουσίως“. Ex hoc studio orationis dilatandae proveniunt permulta illa synonyma non solum coniuncta sed etiam opposita, de quibus modo dixi; neque igitur vocabula, quibus carere possumus, extemplo delere debemus. Praeterea mentionem facere mihi liceat illius circumscribendi consuetudinis, de qua uberius disseruit Gehlertus (cf. pag. 24). Frequentissimae dicendi ambages ab eo collectae hae sunt: Is. coniunxit saepe verbi participium cum εἶναι (cf. II, 2: ἐστὶ πολλὰ τὰ παιδεύοντα pro πολλὰ παιδεύει), substantiva verbalia cum verbis εἶναι, γίγνεσθαι, παρέχειν seu παρασκευάζειν αὑτόν (cf. I, 6, 18; II, 13, 17; VIII, 11), verbum ποιεῖσθαι cum nominis seu adiectivi accusativo ad simplicis verbi notionem circumscribendam (cf. I, 20; III, 24; IV, 181 ἀνάστατον ποιεῖν). Ad ea quae ille protulit alia exempla adiciam ac primum creberrimum illum usum verborum ἔχειν cum adverbio et τυγχάνειν cum participio coniunctorum. Nonne IV, 48 τῶν λόγων τῶν καλῶς καὶ τεχνικῶς ἐχόντων idem significat ac τῶν λόγων τῶν καλῶν καὶ τεχνικῶν? Qua de causa XX, 11 non dixit Is. ὢν εἷς ἐστὶν οὗτος (quod vulg. exhibent) pro ὧν οὗτος εἷς ὢν τυγχάνει? Cum hoc autem dilatationis studio sententiam quoque quam maxime augendi atque tollendi cupiditas consociata est. Illud procreavit consuetudinem illam a Gehlerto quoque observatam, qua post comparativum Is. μᾶλλον ἢ exegetice addere solebat (cf. Gehl. pag. 25), huius vero cupiditatis argumentum est, quod comparativum seu comparationem additamento vocis πολύ amplificavit. Quem usum hyperbolae saepe non dissimilem optime perspicimus in or. VII, ubi in quinque paragraphis 72—76 legitur: πολὺ δὲ χείρους τῶν πατέρων . . . πολὺ μᾶλλον ἀγανακτεῖν . . . πολὺ τῶν ἄλλων διαφερούσας . . . πολὺ διαφέροντας . . . πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω ταύτην τὴν εὐλογίαν ἡμῖν προσήκειν τοῖς νῦν πολιτευομένοις, ἀλλὰ πολὺ τοὐναντίον.

Neque vero solum singula verba, quibus orationem Is.

exaggeravit, sed tota etiam enuntiata sensu incolumi omitti possunt. Priusquam vero id latius explico, de uno additamento, quod utrum Isocratis an librarii sit non certum habemus, pauca restat ut dicam.

VII, 58 in vulg. legimus περὶ διοικήσεως οὐκ ἀποκεκρυμμένης ἀλλὰ φανερᾶς. Bens., qui eam lectionem recepit, dicit (cf. Areopag., pag. 323): „Bekk. ex Urb. post ἀλλὰ πᾶσι addidit, quod tamen et propter aequabilitatem membrorum et propterea quod statim πάντες sequitur iterum delevi". Sequuntur enim verba ἣν πάντες ἴστε. Quae attulit ille argumenta ponderemus. Permulti exstant loci apud Is., qui edoceant eum saepissime non tam concinnitati quam ubertati consuluisse. Amabat enim ad duorum vel trium quae coniunxerat adiectivorum vel adverbiorum extremum dativum quendam addere; cf. I, 10: φιλόκαλος ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ τοῖς φίλοις κοινός, II, 17: δικαίους καὶ συμφέροντας καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους, VI, 14: καλλίω καὶ λαμπρότερον καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστότερον, VII, 70: δικαιοτέρας εἶναι καὶ κοινοτέρας καὶ τοῖς χρωμένοις ἡδίους, XV, 79: καλῶς καὶ δικαίως καὶ τῇ πόλει συμφερόντως. Duorum autem adiectivorum posterius dativo dilatatur et explicatur VII, 6: μείζω καὶ φανερώτερα τοῖς ἀκούουσιν, X, 65: οὕτως ἐπαφρόδιτον καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστήν. Praecipue vero dativo πᾶσι Isocratem verba sententiamque amplificasse demonstrant V, 145: ἰσόθεον καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστήν, XII, 14: καλλίους οὐδὲ μείζους οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν συμφερούσας, V, 10: καλλίω ταύτης ὑπόθεσιν οὐδὲ κοινοτέραν οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν συμφέρουσαν, epist. IX, 19: συμφέροντα καὶ σοὶ καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Quae reputanti mihi non videbatur πᾶσι VII, 58 ante φανερᾶς delendum esse, praesertim cum Kayserus attulerit locum IV, 91: καὶ πᾶσι ποιῆσαι φανερὸν, ὅτι . . . (cf. Rauchenst., qui πᾶσι VII, 58 tenet, ad. h. l.). Cum vero egomet ipse Isocratis usum indagarem, cognovi omnibus locis, ubi ὅτι seu ὡς sequitur, dativum ac praecipue πᾶσι ad φανερὸν additum esse; cf. VIII, 5: πᾶσι γὰρ ἦν φανερὸν, ὅτι . . ., XI, 48: οἶμαί σοι νῦν γεγενῆσθαι φανερὸν, ὅτι . . ., VIII, 66: νῦν δ' οἶμαι πᾶσι φανερὸν ποιήσειν, ὡς . . .,

IV, 20: καὶ πᾶσι γένηται φαν., ὅτι . . ., VI, 24, 81; IX, 21; XV, 3, 41, 198, 206; XVI, 19, 39; XVII, 2; IX, 38; XIII, 2; XIV, 23; epist. I, 6; epist. VIII, 3; epist. VIII, 10 igitur, quamquam antecedit τοῖς παισὶν, αὐτοῖς in Γ omissum Bekk. recte ex Δ addidisse mihi videtur. — Sed uno loco, quamquam ὅτι sequitur, πᾶσι, quod a sensu non esset alienum, in omnibus codd. omissum est: V, 37, ubi legimus ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο φανερὸν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι τούτων πλείστην μνείαν ἔχουσιν κτἑ. Quem locum si cum eo quem in disceptationem vocavi (VII, 58) comparamus, aperte videmus VII, 58 quoque πᾶσι ab Isocrate non esse scriptum. Loco enim modo citato discrepantiae non aliam causam videmus atque πάντες, quod statim sequitur. Benselero igitur concedere non vereor scribendum esse: περὶ διοικήσεως οὐκ ἀποκεκρυμμένης ἀλλὰ φανερᾶς.

Ceterum cavendum est, ne nimis severe verbi alicuius repetitionem maculam a librariis Isocratis eleganti sermoni adspersam habeamus Quis, ut exemplum afferam, cum Benselero [1]) VI, 8 praeferat vulgatam οἱ πρόγονοι alteri lectioni οἱ πατέρες ex Γ receptae, quod antecedat τοῦ πατρὸς? Cf. III, 42, ubi in eadem sententia verba πρὸς πατρὸς paullo post sequitur τὸν πατέρα Bens. ipse, qui permultos alios locos non minus audacter mutavit [2]), cum in editione Teubneriana οἱ πατέρες restituit, confitetur se nimia subtilitate illic correxisse.

Haec habui de earum quas tractavi orationum interpolationibus quae dicerem. Etsi unam vel alteram me omisisse aut inter errores, quamvis interpolatio aut esse videatur aut re vera sit, enumerasse haud nego, tamen in propatulo esse credo errorum, quorum originem atque rationem per priorem huius dissertationis partem conatus sum explicare, multo maiorem esse numerum quam interpolationum, codicem igitur Urbinatem mendorum quidem haud expertem, quin interpolatum etiam esse, sed interpolationes nequaquam eiusmodi

---

1) cf. Areopag. pag. 166.
2) cf. Strange, Jahns Jahrb. Supplementband III, Heft 1, pag. 22.

esse, ut liceat codicis praestantiam in dubitationem vocare. Neque enim ignoro maiora etiam et plura additamenta eum continere non raro homines doctos dixisse, sed fere omnes mihi persuasum est non considerasse, priusquam mutarent, Isocratem, quo nemo erat propensior ad verborum ambages, tota enuntiata, quae supervacanea nobis videntur, ad verborum copiam augendam posuisse. Sed omnia, quae sine sententiae detrimento deleri possunt, recidere non cauti animi mihi esse videtur. Cum enim librariorum vitia se emendare dicunt, Isocratis verba circumcidunt et resecant. Enuntiatis vero permultis nos carere posse Dionysius quoque Halic. testatur (cf. V, 540): . . . ὡς ἀνάγκη παραπληρώμασι λέξεων οὐδὲν ὠφελουσῶν χρῆσθαι καὶ ἀπομηκύνειν πέρα τοῦ χρησίμου τὸν λόγον. Sed ad singulos locos iam propius accedamus.

X, 5 Fuhrius (cf. animadv. pag. 53) verba καὶ τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν delet et hoc sic defendit: „quid igitur volunt verba τοῖς . . . ὠφελοῦσιν? nonne idem significant, quod modo ἄχρηστα? mihi his verbis et membrorum aequabilitas et antithetorum vis tolli videtur, quae ut restituantur verba expungenda censeo“. Sed ea verba explendi gratia nec sibi non constans Is. inseruit. Sententia enim non infringitur, sed hac verborum exaggeratione id quod explicandum erat, quam ineptae essent orationes quae ad vitam cotidianam nihil prodessent, maiorem vim accipit, totum vero enuntiatum multo numerosius — διώκει ἐκ παντὸς τὴν εὐρυθμίαν — eis verbis retentis exit; neque aequabilitatis studium, quod supra demonstravi, tantum valet, ut id additamentum Isocrati abiudicandum sit. Accedit quod libenter ad adiectiva, qualia sunt μέγας, μικρός, κοινός, δίκαιος participia verbi utilitatem significantis adiciebat; cf. epist. IX, 2: πράξεις καλὰς καὶ μεγάλας καὶ συμφερούσας, XII, 14: οὐδὲ μείζους οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν συμφερούσας, XV, 79: καλῶς καὶ δικαίως καὶ τῇ πόλει συμφερόντως, V, 10 et al. Ut Fuhrii argumentum similibus locis diluere coner et elevare, cf. IV, 45: ἀγῶνας ἰδεῖν μὴ μόνον τάχους καὶ ῥώμης ἀλλὰ καὶ λόγων καὶ γνώμης καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων. Hic quoque aequabilitatis incommodo verba καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων uber-

tatis gratia neque aliter V, 111 in verbis τὴν Ἑλλάδα πολέμων καὶ στάσεων καὶ πολλῶν ἄλλων κακῶν μεστὴν οὖσαν vocabula καὶ πολλῶν ἄλλων κακῶν addita sunt.

Quibus duobus locis eam consuetudinem Isocrates secutus esse mihi videtur, ut orationem tripartitam faciendo uberiorem redderet. Tria enim adiectiva aut substantiva aut adverbia aut verba de industria eum coniunxisse permultis exemplis perspicuum est. Satis sit haec attulisse:

I, 10: φιλόκαλος ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ τοῖς φίλοις κοινὸς
II, 17: δικαίους καὶ συμφέροντας καὶ σφίσιν αὑτοῖς ὁμολογουμένους
XV, 117: ἀσύμφορον καὶ χαλεπὸν καὶ περίεργον
II, 21: τήν τε τῶν φίλων ἀρετὴν καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν
IV, 29: τάς τε χρείας καὶ τὰς ἐργασίας καὶ τὰς ὠφελείας
XV, 111: ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ
XVI, 28: σωφρονέστατον καὶ δικαιότατον καὶ σοφώτατον
XV, 124: ἁρπάζειν καὶ κλέπτειν καὶ πορθεῖν.

Legem autem dicendi neque ad casum referendam hanc orationem tripartitam esse eis locis demonstratur, qui de tribus membris unum ad sententiam inutile habent et supervacaneum; cf. XVI, 28: ἐπιτροπευθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι, ubi extremum membrum haud desidero. Sed multo molestiora leguntur V, 136: τὴν στρατείαν ποιεῖσθαι καὶ πολεμεῖν καὶ κινδυνεύειν. IV, 27 ex verbis καὶ πάλαι καὶ νῦν καὶ πανταχοῦ facile πανταχοῦ, quippe quod reliquorum duorum adverbiorum responsioni impedimento est, sensu incolumi reici potest, praesertim cum antecedat ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων. Simile additamentum exhibet orationis VII par. 74: οὐ νῦν πρῶτον ἀλλὰ πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολλούς. Pleonasmi speciem offert XVIII, 55 vox πονηρίας in verbis παράδειγμα μεῖζον ἀδικίας καὶ συκοφαντίας καὶ πονηρίας. Qui vero sexcentos illos huiusmodi locos perscrutatur, saepe ille quidem tria vocabula opus esse ad sententiam exprimendam, sed multo saepius trium vocabulorum, plerumque adiectivorum, copulationem ad orationem uberiorem reddendam videbit

factam esse et mecum consentiet Isocratem trium singulorum verborum compositionem pro ornamento orationis habuisse. Praeclarum autem haec Isocratis consuetudo adiumentum est ad eius genuinam lectionem inveniendam et comprobandam. Ut exempla duo afferam, XII, 29 recipere non dubitabimus ex Urbinate περὶ τὰς τέχνας καί, ut fiat tripartitum τῶν περὶ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις διαφερόντων, neque epist. VII, 4 verba καὶ πλουσιωτάτους, quamvis Γ solus ea tradiderit. Iniuria autem Bl. hoc tripartitum ab Urbinate servatum τοὺς βελτίστους καὶ πλουσιωτάτους καὶ φρονιμωτάτους verbis καὶ φρονιμωτάτους omissis Isocrati eripuit

Verum ut eo redeat unde deflexit oratio, VI, 89 Dobraeo nequaquam licebat codicum Γ et E verbis ἀλλὰ . . . ποιησαμένους exstinctis sententiae maiorem vim, verbis et ὁμοιοτέλευτον (διαπραξαμένους ... ποιησαμένους, quod aliorum codd. errores creavit) et concinnitatem (per totam periodum leguntur antitheta) demere. — IX, 32 Kayserus delenda censet verba καὶ μετ' ὀλίγων πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐχθρούς, sed neminem esse puto qui hoc loco haereat (cf. Schneid. ad h. l.), nisi in verbis prorsus supervacaneis τοὺς ἐχθρούς, quae cum et aequabilitatem deleant neque ubertatis causa ab Isocrate inserta esse iudicari possint, quod dictionis elegantiam non minus illa ab eo expetitam paullo post iterata disturbant, tollenda esse a Sauppio nemo facile dissentiat. — Non minus inconsiderate Dobr. expunxit XII, 7 verba οὔτε τὴν νῦν . . . ταραχήν, neque Strangio nimis exprobrare debemus, quod aequo asperius iudicavit [1]): „Wo man sich nicht genug verwundern kann über die Verwegenheit, womit Dobree die sämmtlichen Worte οὔτε . . . ταραχήν zu tilgen befiehlt“. In Dobraeum enim haud raro eiusdem Strangii verba conveniunt, quae de Benselero fecit: „Er will seinen Isocrates so zierlich reden machen, als es nur immer in seinen Kräften steht, und solches zu erreichen, verschmäht er kein Mittel“ (cf. l. c. pag. 22).

1) cf. Jahns Jahrb. III, 592.

Ut vero Urbinatis praestantia magis appareat per unam orationem aliorum codicum lectiones discrepantes enumerabo. Urbinati simillimus est Ambrosianus (E), qui plerumque illius lectionem confirmat [1]). Quae similitudo quanta sit, ex eo intellegas, quod in oratione VIII ex quadraginta tribus quae collegi Urbinatis mendis triginta tria in E quoque invenimus. Quantopere vero duo illi codices eadem recensione coniuncti [2]) bonitate, tantopere ceteri „mira depravationis communione excellunt“ [3]). Quod haec observatio demonstrabit: Cf. or. XIV, par. 1—16. Vulg. exhibent 1. γενομένους pro γεγενημένους (ΓΕ), 14 γενομένων pro γεγενημένων (ΓΕ), 2. ἔνεστι πάντες pro ἔνεστιν ἅπαντες (ΓΕ), quod Isocratis usu dicendi commendatur (cf. pag. 12) 3. ἱκανωτάτους pro δυνατωτάτους (ΓΕ: sequitur ῥήτωρ ἱκανὸς), 5. ἠξιώθημεν τυχεῖν pro τυχεῖν ἠξιώθημεν (ΓΕ: cf. pag. 10 de hoc loco), 6. explicationem Θηβαίοις μὲν τοῖς pro τοῖς μὲν (ΓΕ), 8. ἔνιοι τε litteris false coniunctis pro ἐνίοτε (ΓΕ), τολμῶσι pro ἐπιχειροῦσι (ΓΕ), 10. ἀφορῶντες καὶ πῶς πώποτε pro ἀναφέροντες καὶ πῶς ποτὲ (ΓΕ), 12. μείζω pro μεῖζον (ΓΕ), 13. ποιεῖσθαι pro ποιήσασθαι (ΓΕ), πόλιν pro πατρίδα (ΓΕ: sequitur πόλεως), 14. ἔλαττον pro θᾶττον (ΓΕ), τούτοις pro τούτους (ΓΕ), 15. οὐδὲ τοῦτο ἀγν. hiatu admisso pro οὐχ ἀγν. (ΓΕ), 16. similiter οὐδὲ γὰρ pro οὐ γὰρ (ΓΕ), τῆς ἡμετ. πόλεως pro τῆς πόλεως τῆς ἡμετ. (ΓΕ), quod Isocratis usu requiritur, διαλλάξῃ καὶ ποιήσῃ pro διαλλάξει καὶ ποιήσει (ΓΕ); 7. ὑμᾶς male cum διδάσκειν coniunxerunt (ἐξαπ., περὶ τούτων ὑμᾶς v.), omiserunt 3. μὴ post οὖν (Γ solus servavit), 6. ὦ ante ἄνδρες Ἀθην. (inest in ΓΕ), 12. τῶν ante συνθηκῶν (add. ΓΕ), addiderunt vitiose 2. περὶ ante τοιούτων δεησ. (ΓΕ τοιούτων δεησ.), 1. πολλὴν ante ἡγούμεθα (ΓΕ om.: sequitur μάλιστα, antecedit πολλῶν). In omnes codd. irrepsit 15. lectio τῶν Ἀθηναίων pro τὸν Ἀθην.; cf. Dind. et Bens. (edit. Engelm.) ad h. l.

---

1) cf. Baiter, praef. ad Panegyr. pag. V.

2) In or. I Z quoque eis adnumerandus est. Solus servavit, ut exemplum afferam, I, 10 γένει articulo omisso.

3) cf. Sauppe, epist. crit. pag. V.

Permultis vero istis vulg. mendis perpauca tantum codicum ΓΕ opponi possunt: 6. γένοισθε ΓΕ pro γεγένησθε, 4. εἰς ἡμᾶς (v.) in eis om. ante ἡμ. fortasse melius revocatur. E solus non recte 3. μὴ om. post οὖν, 4. ἐστιν supervacaneum post πειρατέον add., 7. καὶ post ὅτι om., 8. exhibet pro Θηβαίοις (v.) ὑμῖν καὶ Θηβαίοις, 10. pro οὕτω (v. Γ), οὕτω γε, sequitur γάρ. Γ mendose 8. δοκεῖν tradidit pro δοκεῖ (E v.), 8. ἡμῖν Θηβαίοις pro Θηβαίοις (v.), 10. dittographia ὂν post μᾶλλον, 16. ἀποδεδώκασιν pro ἀπολωλέκασιν (E v.).

Accedit quod vulg. lectio multis maioribus quoque interpolationibus depravata est, quarum complures attulisse sufficit. In eiusdem orationis par. 24 vulg. ποιεῖν ὅτι ἂν βουληθῶσιν post γεγενῆσθαι glossema esse docuerunt Turr. (Bens. et Bl. secuti sunt), cf. 37: ἐξουσίαν ἤλπισαν αὐταῖς ἔσεσθαι ποιεῖν, ὅτι ἂν βουληθῶσιν, XV, 164: ἐξουσίαν διδοῦσα καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν ὅ τι ἂν βουληθῶσιν; 41. Bens. (cf. ed. Engelm. pag. 57) ad ἔξω γὰρ αὐτοῦ τ. πρ. γεγ. adnotat: „Die früheren Erklärer konnten bei der sinnentstellenden Lesart der Vulg. (Ξέρξῃ γὰρ αὐτῷ πραγμάτων γεγενημένων) das Wahre hier nicht finden". In par. 38 v. pro substantivo πολεμίων nomen Λακεδαιμονίων inseruerunt, quasi illud non esset satis perspicuum (cf. 61, ubi ad ἄλλων add. Ἑλλήνων), 46. post τραπώμεθα vulg. additamentum ἐκπεσόντες γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας, ἀθυμοῦντες καὶ ἀλώμενοι τὴν Ἑλλάδα περίιμεν, cum idem multo melius iam dictum sit, inepte sententiam extenuat et orationis vim infringit. Ut ex alia quoque oratione exempla proferam, non minus ineptum est V, 135 additamentum τῶν ἀνοήτως φιλουμένων τοῖς πολλοῖς ὀλοσχέρως, tamquam τῶν ὄντων fuisset interpretandum; 105 post ἡγοῦμαι v. add. ἀρκεῖν πρὸς παράδειγμα. Sed satis vulg. lectionis pravitas demonstrata esse videtur.

Urbinas vero quamvis simillimus sit Ambrosiano, illo melior est. Etsi enim permultis locis ambo sententiam sanaverunt et Isocratis sermonem vulgatae lectionis glossematis liberaverunt, tamen multo maior eorum locorum numerus est, quibus sententiae perspicuitas Γ soli debetur, quam quibus codice E lux allata est. In oratione enim

Philippica paucis locis, quos E Urbinate mendis adsperso solus recte tradidit [7. ἢ καὶ pro cett. ἢ οὐ, 21. Περραιβοὺς solus (cf. Bens. in edit. Engelm. pag. 365), 49. καὶ τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας: Γ τῆς νυκτὸς τῆς ἡμ, 53. καὶ γῆς καὶ θαλάσσης: Γ γῆς θαλάσσης, 81. τὸν τὴν τυραννίδα κτησάμενον: Γ om. τὸν, 109. ἀδιεξέργαστον: Γ διεξέργαστον] hae genuinae lectiones, quas Urbinati soli debemus, oppositae sunt: 5. ὑμᾶς: E v. ὑμᾶς ταύτης, 35. ἐκείναις: E ἐκείνης, 37. ὑμῖν (E ἡμῖν), quod delet Dobr., 41. ἂν post μόνος recte omisit, 43. διοικίσαι: E v. διοικῆσαι, 53. solus δόξαν ἐξ αὐτῆς μεγίστην, 61. γίγνεσθαι pro cett. γενέσθαι, 74. ὡς καί: E v. ὡς om., 75. ἀναισθήτως: v. ἀνοήτως E ἀναισθήτους, 91. ὑπαγαγόμενος: E v. ὑπαγόμενος, 93. διαφεύγειν: E v. διαφυλάττειν, ἦν pro cett. εἴην, 95. οὖν post μὲν solus servavit, ἕξει solus omisit, 98. τὰς σάς: cett. πάσας τάς, 115 σὲ post κτήσασθαι recte omisit, 116 πραότητα: cett. πραότητας propter χαλεπότητας et πραότητας quae sequuntur, 120. ὡς pro cett. ἦν, 135. solus πρὸς ἄλλο τι τῶν ὄντων ἀπλήστως διακειμένους: E τῶν ἀνοήτων ἀπλείστως (vulg. exhibent glossema: cf. pag. 42), 149. ᾗ ante μαλακώτερον ᾖ: E ᾖ, quod statim sequitur, v. εἴη.

Eas tantum enotavi lectiones, quas genuinas esse inter omnes convenit. Ubi vero et Urbinatis et ceterorum codicum scripturae dignae videntur, quibus fidem tribuamus, plerumque si accuratius inquirimus apparet illius lectionem Isocratis usu dicendi, ut XII, 29, epist. VII, 4 tripartitae orationis amore (cf. pag. 40), commendari.

Id quoque magni habebimus, quod saepissime ea, quae editores coniecerunt priusquam Γ innotuit, codex Urbinas postea confirmavit. Ut pauca ex permultis promam exempla, XII, 23 διὰ post ἢ, 106. αὐτοὺς post ὅτε μὲν, sicut iam Wolfius coniecerat, Γ addidit, ἂν εἰκότως, quod idem 224. pro codd. ἀπεικότως, ἀκρίτους, quod XX, 11 pro ἀκρίτως censuerat scribendum, Γ comprobavit. Coraes XII, 23 κἂν pro ἂν καί, 156. τὼ πόλεε τούτω pro τὰ πόλεε ταύτα, 160. διατεθῇ pro διατεθείη, XIX, 3 αὐτῆς pro αὐτὴν post ἀξιοῦν coniecit et has quoque lectiones cum exstent in Γ sine ulla dubitatione recipiemus.

Denique Fuhrii, quem in oratorum Graecorum scriptis diligentissime versari et permulta primum recte perspexisse et docuisse constat, testimonium ad codicis praestantiam illustrandam ascribere mihi liceat (cf. Rhein. Mus. 33, 361): „Für Isocrates selbst ist wohl das Hauptresultat, dass fast überall der Text des Dionys mit Γ gegen vulg. übereinstimmt, so dass wir recht klar erkennen können, welchen Schatz wir an ihm besitzen; indessen ganz frei von Fehlern ist er auch nicht".

Sed quoniam mendis prorsus immunem nullum codicem exstare nemo ignorat, egomet autem cognitum atque persuasum habeo Urbinatis vitia eiusmodi esse, ut permultis virtutibus plane compensentur, et propterea pro accusatoris munere, quo fungi initio mihi erat propositum, patrocinium codicis suscipere atque adeo laudes praedicare re ipsa coactus sum, Sauppii verbis subscribere non vereor Urbinatis tantam esse bonitatem, „ut non solum Isocratis ceteris codicibus" — Ambrosiano et in prima or. Z exceptis — „sed etiam aliorum graecorum scriptorum libris manu scriptis plerisque antistet milibus trecentis".

In rebus dubiis igitur ab eius auctoritate recedere et ad alios codices confugere nec oportet nec licet nisi ad Ambrosianum, quem aliquando Urbinatis lectionem emendare paullo ante vidistis. Sed huius codicis lectiones quoniam in paucis tantum orationibus adhuc enotatae sunt (cf. Bl. praef. I, pag. V), in plurimis nobis necesse est in Urbinate haerere. —

Haec fere habui quae dicenda putarem de codicis Γ auctoritate. Quod non recta atque levi via sed „ambage viarum" quo volueram perveni spero excusatum iri, nam „primitias dedimus quas noster agellus habebat, quales e tenui rure venire solent".

Index locorum

in dissertatione tractatorum.

Vita.

Hermannus Fridericus Rudolfus Bock natus sum Brunsvigae ante diem XII Calendas Martias a. h. s. LX patre Gustavo matre Elisa e gente Spiessiana, quos in vivis esse summopere gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis usque ad nonum aetatis annum imbutus in sextum huius urbis gymnasii ordinem receptus sum. A. h. s. LXXVIII maturitatis testimonio instructus universitatem litterarum Gottingensem adii studiis philologicis operam navaturus. Per ter sex menses me docuerunt professores illustrissimi: Dilthey, Goedeke, Leutsch, Lotze, Mueller, Nissen, Sauppe. Per duo semestria sodalis fui seminarii philologici. Gottinga Lipsiam me contuli, ubi per duo spatia semestria scholas frequentavi virorum clarissimorum: Curtius, Drobisch, Heinze, Hermann, Hirzel, Lange, Lipsius, Seydel, Struempell, Zarncke. Gottingae studiis meis absolutis auctumno a. h. s. LXXXI Brunsvigam redii.

Omnibus illis viris quos nominavi gratias ago quam maximas et debitam semper habebo memoriam.

